Fragmenta Phytographiae Australiae occidentalis.

Beiträge zur Kenntnis der Pflanzen Westaustraliens, ihrer Verbreitung und ihrer Lebens-Verhältnisse

von

L. Diels u. E. Pritzel.

Mit 70 Figuren im Text.

Introductio.


Per Australiae occidentalis partes imprimis extratropicas annis 1900 et 1901 iter perfecimus ad floram regionum illarum uberrimam perscrutandam. In Europam reversi et plantas novas a nobis detectas et stirpes melius explicatas in hoc libro descripsimus. — Res ad phytogeographiam spectantes in altero volumine amplius tractare L. Diels sibi proposuit.

Permulti viri docti Australienses sese floram Australiae occidentalem omnino investigatam esse existimare nobis affirmaverant. Quam opinionem corrigendam esse non solum hoc ipso libro declarari videtur, sed etiam plantis illis a cl. Andrews, Fitzgerald, aliis nuperrime allatis satis intelligi potest. Nos quidem regiones cum litorales (praecipue orae meridionalis) tum omnes interiores imprimis arenosas stirpium incognitarum magnam copiam praestaturas pro certo putamus.

Ut cognitionem et scientiam distributionis plantarum augeamus, quae sit natura stationum [ab omnibus prioribus (Preissio solo excepto) neglecta] diligenter exposuimus. Praeterea quaecunque de areis geographicis, locorum natura, plantarum conditionibus externis, associationibus vegetalibus nobis cognita sint lingua germanica usi contulimus.

Nam cum in cl. Benthami »Flora Australiensi« stationes a Preissio notatae saepe neglectae sint atque in Drummondii collectionibus ingentibus aut loci omnino desint aut statio »Swan River« inveniatur, qua olim non flumen illud sed coloniam totam appellaverint, fieri non potest, ut e Flora Australiensi quae sint areae stirpium colligatur. Quibus rebus cognitis ut areae penitus definiantur magni momenti esse censuimus.

Quo facilius stationes in ordinem redigantur, Australiae occidentalis partem meridionalem in districtus octo dividimus, qui tabula p. 56 depicta melius intelligi possunt. Quos districtus haud tam ad fines naturales delineandos quam ad enumerationis usum constituimus.



·Fig. 1. Tabula geographica Australiae occidentalis extratropicae, qua et districtuum limites et auctorum itinera illustrantur.

I. Regio austro-occidentalis.

1. Distr. Irwin (imbrium copia annua circ. 50—20 cm) fruticetis litoralibus pulchris, arenosis fruticulosis amplis, vallibus flora eremaea infestis insignis.
2. Distr. Avon (imbrium copia annua circ. 60—25 cm) eucalyptetis variis flora vel austro-occidentali vel eremaea infestis, depressis

subnitrosis, apertis arenosis atque collibus glareosis fruticulosis abundat.

3. Distr. Darling (imbrium copia annua circ. 100—70 cm) praeter colles glareosos silvis cum *Eucalypti reduncae* tum *E. marginatae* vestitos alluvia paludosa, aperta arenosa, fruticeta litoralia exhibet.
4. Distr. Warren (imbrium copia annua 130—80 m) silvis *Eucalypti marginatae* atque *E. diversicoloris* nec non alluviis paludosis apertis fruticulosis abundat.
5. Distr. Stirling (imbrium copia annua 80—30 cm) silvis *Eucalypti reduncae* et *E. occidentalis*, eucalyptetis fruticosis variis, arenosis fruticulosis apertis, depressis subnitrosis insignis.
6. Distr. Eyre (imbrium copia annua 60—30 cm) habitu vegetationis distr. Avon similis, sed stirpium natura diversa.

II. Regio eremaea.

7. Distr. Coolgardie (imbrium copia annua circ. 25—15 cm) solo lutoso silvas apertissimas, eucalypteta varia arida, depressa subnitrosa; solo arenoso fruticeta arida gignit.
8. Distr. Austin (imbrium copia annua circ. 25—15 cm) parum explorata fruticeta varia lutosa acaciis abundantia nec non depressa nitrosa nuda exhibet.

Drummondii collectiones I—III ex distr. Darling, Avon, Warren, IV ex Stirling, V ex Stirling, Eyre et Coolgardie australi, VI ex Avon et Irwin ortae videntur. Nos ipsi itinera excursionesque perfecimus quae sequuntur:

1. in distr. Irwin et prope sinum Champion Bay et in parte maxime australi prope Watheroo saepius versati sumus (i. c. in mensibus Jan., Jun., Jul., Aug., Sept., Nov.). — Praeterea vidimus regionem Irwin River pr. Mingenew (Jun., Sept.); Greenough River (Jul., Sept.); Northampton (Jan., Jul., Nov.) atque tractus illos arenosos ad flumen Murchison vergentes (Nov.).
2. in distr. Avon regiones agricultura praeclaras, i. e. pr. Toodyay, York, Northam, compluries percurrimus (Nov., Jan., Febr., Maj., Aug., Sept.). Rivum Moore-River pr. Mogumber, Moora, Newnorcia m. Mart., Jun., Aug., Dec., regiones plantis raris abundantes prope Tammin m. Maj., Jul., Oct. investigavimus.
3. in distr. Darling loca flumini Swan River vicina per omnes anni menses perscrutati sumus. Colles maxime orientales m. Maj. et Dec. obiimus. Ceterum Serpentine River (Dec., Febr., Maj., Jun.), Collie River (Jan., Oct.), Bridgetown (Febr., Mart.), Greenbushes (Aug.), Bunbury (Febr., Mart., Dec.) lustravimus.
4. in distr. Warren loca finibus proxima vidimus: Busselton et Cape Leeuwin (Mart.), Denmark River (Jan.). Fines boreales totius hujus districtus m. Mart. percurrimus.

5. in distr. Stirling regiones freto King Georges Sound approximatas omnibus fere anni mensibus peragravimus. Colles Stirling Range nec non planities eis vicinas compluries investigavimus (m. Maj., Jul., Sept., Oct.); summos montes m. Oct. adscendimus. Floram pulchram promonturii Cape Riche m. Jul. cognovimus.
6. distr. Eyre m. Oct. a rivo Pallinup usque ad Philipps-River percurrimus. Prope fines orientales regiones sinui Esperance Bay vicinas m. Nov. perscrutati sumus (haud procul a locis olim a cl. R. Brown exploratis).
7. in distr. Coolgardie oppidum Southern Cross regionesque vicinas m. Nov. et Maj. lustravimus. Praeterea stirpes collegimus pr. Karalee (Nov.), Bullabulling (Oct.), Coolgardie (Nov.), Kalgoorlie, Kanowna (Nov.). Regiones austro-orientales inter Coolgardie et oram meridionalem m. Nov. cito percurrimus.
8. distr. Austin partes litorales cognovimus pr. Carnarvon m. Aug. Ceterum deserta pr. Cue (Jul.) atque Menzies (Oct.) peragravimus.

Praeter ipsorum collectiones plantas nonnullas a viris cl. W. V. Fitzgerald in distr. Austin et Coolgardie, W. J. George prope Murrinmurrin, A. J. Moir prope Cape Riche, A. Purdie prope Perth, C. L. Webster prope Coolgardie repertas illustravimus.

Quas collectiones determinare atque describere suscepimus in Regio Museo Botanico Berolinensi, ubi specimina Preissiana fere omnia, plantas a Gaudichaud, Labillardière, R. Brown, J. Drummond, Mrs. Molloy, Maxwell, F. v. Müller numerosas ipsi inspicimus. Antea jam herbarii Melbournensis copia uberrima speciminum ab J. Drummond, Maxwell, F. v. Müller atque collectoribus recentioribus omnibus ibi congestorum examinata stirpes multas dubias cognoscere atque interpretari nobis contigit.

Collectiones a L. Diels collatae (n. 1500—6160) in herbario Regii Musei Botanici Berolinensis depositae sunt. »Plantae exsiccatae Australiae occidentalis« ab E. Pritzel collectae (specimina 1016) ad Musea complura emendo pervenerunt. — Nonnullae species Museo Australiae occidentalis Perthiano attributae sunt.

Opus nostrum virorum multorum benevolentia adjutum esse grato cum animo confiteamur. L. Diels auspiciis opibusque legati Humboldtiani iter perfecit; viris spectatissimis, qui illi praestant, praeter omnes viro clarissimo Prof. Dr. Waldeyer, gratias maximas semper habebit. Rei publicae Australiae occidentalis magistratibus pro liberalitate et benevolentia nobis exhibita gratias persolvere gaudeamus, inprimis viro clarissimo Rt. Hon. Sir John Forrest, P. C., G. C. M. G., civitatis illo tempore principi, atque amicissimo Alex. Purdie, M. A., eruditionis technicae praefecto.

Multa cum gratia amicorum Australiensium meminisse liceat, qui vel hospitalitate vel consiliis tam saepe nos adjuverunt, praesertim C. R. An-

DREWS-Perth, M. A., F. M. BAILEY-Brisbane, E. BICKFORD-Perth, MAITLAND BROWN-Geraldton, W. E. COOKE-Perth, W. V. FITZGERALD-Perth, G. LUEHMANN-Melbourne, J. H. MAIDEN-Sydney, A. J. MOIR-Cape Riche, A. MORRISON-Perth, H. C. PRINSEP-Perth, L. RODWAY-Hobart. Berolini et magistri illustrissimi Prof. Dr. A. ENGLER et virorum amicorum Prof. Dr. GILG, Dr. HARMS, Prof. Dr. LINDAU, Dr. LOESENER, Dr. PILGER consilio atque opibus usi gratias agimus quam maximas. Illustrationes hujus libri Frl. BARTUSCH perfecit, cui gratias referre juvat.

Fragmenta Phytographiae Australiae occidentalis.

Abbreviationes explicandae:

B. = BENTHAM, Flora Australiensis.
D. = DIELS, Collectiones in Musei Regii Botanici Berolinensis herbario.
F. v. M. = BARON FERDINAND VON MÜLLER.
Abbreviationes aliae minores facile intelligi poterunt.

Pteridophyta.

Polypodiaceae.

Verbreitung und Vorkommen: Westaustralien besitzt nur wenige Farn-Species, und davon ist keine einzige endemisch im Gebiete. Alle kommen auch im östlichen Australien vor, die meisten sind darüber hinaus noch weit verbreitet.

Geographisch scheidet sich diese Polypodiaceen-Flora in zwei Gruppen.

Die erste umfasst panaustralische Formen, die auch in der Eremaea an geeigneten Standorten auftreten oder sogar auf die trockenen Inland-Gebiete beschränkt sind. Zu diesen gehören *Cheilanthes*, *Nothochlaena* und zum Teil *Anogramme*. In Westaustralien reichen *Anogramme rutifolia* (R. Br.) und *Cheilanthes tenuifolia* Sw., zwei tropophile Typen, in allgemeiner Verbreitung bis zur Küste, während die übrigen rein xerophilen sich von den feuchteren Distrikten Warren und Darling fern halten.

Die zweite Gruppe enthält die Species mit disjunctem Areal. Sie fehlen schon in dem südaustralischen Anteil der Eremaea und beschränken sich im Westen auf die feuchten Bezirke (mit mindestens 60 cm jährlichem Niederschlag). Dazu gehören die wenigen *Asplenium*, *Aspidium*, *Lindsaea*, *Pteris*, *Adiantum* und *Pteridium*. Physiognomisch macht sich davon *Adiantum aethiopicum* an feuchten Stellen der Südküste bemerkbar; viel wichtiger aber kommt *Pteridium* zur Geltung, die im Distr. Warren oft einen ansehnlichen Bruchteil des Unterwuchses ausmacht.

Die Armut der Südwest-Ecke Australiens an Farnen ist übrigens ein

höchst beachtenswertes Factum, dessen rein klimatologische Begründung uns nicht durchführbar erscheint.

Anogramme Link. (B. VII. 774 sub *Grammitis*).

Anogramme leptophylla (L.) Link (B. VII. 776).

Nobis in distr. Darling in umbrosis valliculi prope »Swanview« obvia m. Dec. (D. 1896).

Nothochlaena R. Br. (B. VII. 772).

Nothochlaena vellea R. Br. (B. VII. 773).

Hanc speciem observavimus in distr. Austin pr. Cue in rupestribus subumbrosis m. Jun. (D. 3279).

Nothochlaena distans R. Br. (B. VII. 714).

In distr. Eyre juxta West-River in collibus graniticis observata m. Oct. (D. 4811).

Schizaeaceae.

Schizaea fistulosa Lab. (B. VII. 693).

Cujus speciei prius ex Australia occidentali ignotae forma pergracilis a nobis inventa est pr. sinum King George Sound in depressis humoso-arenosis humidis, una cum Restiaceis, *Cephaloto*, aliis fruct. m. Jan. (D. 2355, E. Pritzel Pl. Austr. occ. 251).

Marsiliaceae.

Marsilia Drummondii A. Br. (B. VII. 684).

Nobis non nisi per distr. Irwin obvia, ubi vidimus in vallibus rivorum sola lutoso-argillaceo pr. Mingenew m. Jun. (D. 3089) atque ad Gascoyne River haud procul a Carnarvon fruct. m. Aug. (D. 3723).

Ophioglossaceae.

Ophioglossum lusitanicum Willd. (B. VII. 688 syn.).

Quam speciem a prioribus non collectam tempore recentiore introductam esse suspiceris; nuper enim a compluribus observata. Ipsi vidimus in lutosis herbosis distr. Avon pr. Newcastle m. Aug. (D. 6096), nec non in distr. Irwin pr. Mingenew m. Jul. (D. 3602). Amicus C. Andrews se in distr. Austin pr. Cue eandem collegisse nuperrime scripsit.

Lycopodiaceae.

Phylloglossum Drummondii Kze. (B. VII. 672).

In distr. Darling pr. flum. Swan River ad pedes collium in argillaceis haud infrequens a nobis observatum.

Lycopodium carolinianum L. (B. VII. 675).

Haud procul a sinu King George Sound pr. Marbellup in humosis udis crescit. (D. 2372). Planta rara videtur.

Isoëtaceae.

Isoëtes Drummondii A. Br. (B. VII. 672).

Quam speciem vidimus in distr. Eyre pr. Hammersley River in puteis graniticis fr. m. Oct. (D. 4906). Solo glareoso non uliginoso utitur.

Gymnospermae.

Taxaceae.

Podocarpus L'Hér. (B. VI. 246).

Podocarpus besitzt nur eine Art in Westaustralien, die aber von vielseitigem Interesse ist. Als nahe Verwandte der *P. spinulosa* R. Br. von Neusüdwales belegt sie charakteristisch die Beziehungen Südwestaustraliens zu den wärmeren Teilen der östlichen Abdachung des Kontinentes.

Diese Art beschränkt sich auf die Gebiete reichsten und gleichmäßigsten Niederschlages, von mindestens 90 cm pro Jahr. Ihr Areal geht damit nur unwesentlich über das der *Eucalyptus diversicolor* heraus, und gerade in den Karri-Waldungen erreicht sie ihre stärkste Verbreitung. Stellenweise bildet sie mit *Acacia nigricans* das wichtigste Unterholz dieser Wälder, das auch physiognomisch durch die an *Leucopogon* erinnernde Tracht sehr bedeutsam wird. *Podocarpus Drouyniana* F. v. M. ist also eine Charakterpflanze des Distr. Warren.

Podocarpus Drouyniana F. v. M. (B. VI. 247).

Distr. Warren indigena a Capel River usque ad sinum Tor-Bay nobis obvia; florentem raro vidimus.

Pinaceae.

Callitris Vent. (*Frenela* Mirb. p. p. B. VI. 234).

Die geographischen Verhältnisse dieser Gattung in Westaustralien sind eigentümlicher Art. Von den drei Species besitzt die panaustralische *C. robusta* R. Br. die weiteste Verbreitung auch im Westen. Sie ist nicht gerade wählerisch in ihren Standorten: wir sahen sie auf Granit an der Küste, in der Kalkzone des westlichen Litorales, auf dem Sand des Binnenlandes, auf kiesigen Geröllflächen: aber stets in Gemeinschaft mit der für die Eremaea charakteristischen Vegetation. Abgesehen vom Litorale scheint sie daher den Distr. Darling und Warren ganz zu fehlen.

C. Drummondii (Parlat.) F. v. M. und *C. Roei* (Endl.) F. v. M. sind uns weniger gut bekannt, aber auch sie scheinen Arten von Eremaea-Typus zu sein. *C. Drummondii* ist zwar nur aus Distr. Eyre angegeben. Aber das scheint der Saum eines weiter binnenwärts entwickelten Areales zu sein:

bei Esperance-Bay spielt diese Species auf den Dünen des Litoralkalks dieselbe Rolle, die weiter westlich *C. robusta* zufällt, sonst beobachtet man sie auch an steinig-lehmigen Localitäten, wo die Eremaea-Eucalypten herrschen.

Actinostrobus Miq. (B. VI. 239).

Actinostrobus ist in Westaustralien endemisch und erscheint durch die Reduktion der Ovula fortgeschritten gegenüber *Callitris*. Seine Verbreitung unterscheidet sich dadurch von *Callitris*, daß sie in der Südwest-Region ausgedehnter ist und die Eremaea wahrscheinlich nur an den Grenzen berührt. Im Südwesten kommt *A. pyramidalis* zwar in Alluvien noch zusammen mit Eremaea-Vegetation vor, anderseits bewohnt sie aber vielfach Sandflächen ohne diese Begleitschaft.

A. acuminatus Parl. begegnete uns im Distr. Darling in echt südwestlicher Umgebung. — *A. pyramidalis* Miq. tritt oft in größerer Masse auf und wird dann durch seinen kegelförmigen Wuchs in der Physiognomie der Landschaft bedeutungsvoll.

Actinostrobus pyramidalis Miq. (B. VI. 239).

Nunc glauca nunc laete viridis observatur. Quam longe haec species in interiora progrediatur ulterius inquirendum est.

Actinostrobus acuminatus Parl. (B. VI. 240).

Quae species rara in distr. Darling haud longe a Serpentine River in silvis apertissimis arenosis a nobis reperta flor. m. Decemb. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 119, D. 1863).

Angiospermae.

Monocotyledoneae.

Potamogetonaceae.

Ruppia L. (B. VII. 174).

Ruppia maritima L. (B. VII. 174).

Vidimus in distr. Irwin pr. Hutt River in puteis graniticis aquam sub nitrosam infestantem (cum *Lepilaena australis* J. Drumm.) flor. m. Nov. (D. 5699[a]) atque in distr. Eyre pr. Hammersley River locis simillimis fruct. m. Oct. (D. 4919).

Lepilaena J. Drumm. (B. VII. 179).

Lepilaena australis J. Drumm. (B. VII. 179).

Specimina carpella fructus matura et dorso et ventre tuberculato-cristata exhibentia coll. in distr. Irwin pr. Hutt River in puteis graniticis aquam subnitrosam infestantia fruct. m. Nov. (D. 5699). Specimine Drummondiano nobis ignoto nescimus an specimina nostra re vera ad *L. australem* pertineant; sed cum Oldfield eodem fere loco illam collegisse dicatur (Flor. Austr. VII. 179) verisimile videtur.

Scheuchzeriaceae.

Triglochin L. (B. VII. 165).

Verbreitung und Vorkommen: Sämtliche *Triglochin*-Arten besitzt Westaustralien gemeinsam mit dem Osten. Ihr Vorkommen entspricht den Eigentümlichkeiten der Gattung: teils ausgesprochene Hygrophyten, wohnen sie in Sümpfen oder sogar im Wasser selbst; teils leben sie auf salzhaltigen, von anderer Vegetation gemiedenen Flächen in geselligen Massen. Auch wo keine Chloride im Boden angehäuft sind, enthalten die Krautformationen auf Lehm und Ton oft *Triglochin* unter ihren Elementen.

Triglochin calcitrapa Hook. (B. VII. 167).

Forma pedunculata crescit in distr. Irwin pr. Mingenew in lutoso-arenosis herbosis Flor. m. Jul. (D. 3604).

Triglochin mucronata R. Br. (B. VII. 168).

Per distr. Stirling in nitrosis frequens observatur.

Hydrocharitaceae.

Ottelia R. Br. (B. VI. 256).

Ottelia ovalifolia L. C. Rich. (B. VI. 257).

Flores albi basi purpurei; antherae flavae. A nobis in distr. Avon in lacunis flum. Moore Riv. cum Characeis atque Potamogetonibus flor. m. Mart. reperta (D. 2603).

Gramineae.

Verbreitung: Die Grasflora des westlichen Australiens hat wenig eigenartige Züge. Denn selbst in der Eremaea, wo die Familie in ziemlich zahlreichen Formen vorkommt und eine gewisse Rolle als Vegetations-Element spielt, trägt sie völlig panaustralischen Charakter. Nur in der Gattung *Stipa* sind Ansätze zu eigenartigen Bildungen nachzuweisen.

Die Südwest-Region ist vielleicht das an Gramineen ärmste Gebiet der Erde, wenn man das Verhältnis der Familie zur Gesamtflora in Betracht zieht. Das ist um so auffallender, als mehrere eingeschleppte Gräser trefflich gedeihen und schon weite Verbreitung gewonnen haben. *Briza maxima* z. B. ist zweifellos häufiger als irgend eine der indigenen Formen.

Viele der im Südwesten vorkommenden Arten können nur als Ausstrahlungen aus der Eremaea gelten, so z. B. *Neurachne alopecuroides*, *Anthistiria ciliata*, *Stipa elegantissima*, *S. semibarbata* u. a., *Dejeuxia Forsteri*. Von den wenigen endemischen Species schließt sich *Diplopogon* eng an *Amphipogon* an, das in Westaustralien seine größte Polymorphie erreicht, aber auch im Osten vorkommt. Erwähnt muß noch *Tetrarrhena*

werden, denn dieses Genus scheint gegenwärtig in der Eremaea zu fehlen und dadurch unter den Gräsern der einzige Repräsentant eines disjuncten Areales im extratropischen Australien zu werden.

Vorkommen: Die Verbreitungs-Angaben kündigen bereits das Wesentliche über die Lebens-Gewohnheiten der westaustralischen Gramineen an. Die meisten Arten sind Steppen- oder Wüstengräser, die in der Eremaea während der feuchten Zeit eine gewisse Bedeutung für die Scenerie gewinnen. Die allermeisten beschränken sich dabei auf die steinig-lehmigen Böden; namentlich *Stipa* findet dort gutes Gedeihen und liefert mehrere charakteristische Beiträge zur Flora des Binnenlandes. Nur vereinzelte Arten wagen sich auf sandiges Gelände, wo aber *Triraphis rigidissima*, eine hoch xeromorphe Form, sogar physiognomisch von Wichtigkeit wird.

In den regelmäßig vom Winterregen erreichten Gebieten erobern gewisse Annuelle größere Flächen des lehmigen Landes, das sie für einige Wochen mit einem mehr oder minder dichten Rasen überkleiden. *Triraphis danthonioides*, *Koeleria phleoides*, *Festuca bromoides* werden beachtenswert an solchen Lokalitäten. Weiter küstenwärts in der Südwest-Region schließen sich ihnen noch mehrere Formen an, größtenteils fremden Ursprungs, aber gegenwärtig ganz allgemein anzutreffen. Namentlich setzt *Briza maxima* in Erstaunen durch die enorme Verbreitung im Südwesten, wo sie zahlreiche Areale in geselligem Massenwuchs occupiert hat.

Der Südwesten birgt in den Wäldern auch einige Schattenpflanzen unter seiner dürftigen Grasflora, z. B. *Amphipogon laguroides*, *Poa serpentum*, *Tetrarrhena laevis*. Ausgesprochene Hygrophyten fehlen offenbar, doch sahen wir *Amphipogon cygnorum* mitunter feuchte Alluvionen aufsuchen.

Als psammophile Strandpflanzen müssen die beiden panaustralischen *Spinifex* genannt sein. Im Nordwesten gesellt sich ihnen *Pollinia fulva* auf den sandigen Dünen bei.

Xerochloa R. Br. (descr. emend.) (B. VII. 501).

Auctore O. Stapf, Kew.

Spiculae 5—1 in rhachi tenaci spicarum subdisticharum brevium involucro proprio (folio ad vaginam reducto) involucratarum cum pedunculo articulatarum deciduarum sessiles, 2-florae, protogynae, anthoeciis [»anthoecium« = »flosculus« autorum, i. e. flos cum bractea (valva) et prophyllo (palea) subtendentibus], heteromorphis, inferiore ♂, superiore ♀. Glumae 2, inferior brevis, tenuissime membranacea, hyalina, 1-nervis vel enervis, superior multo longior, tenuiter membranacea, 5—2-nervis, nervo intermedio et extimis tenuioribus vel evanidis. Anthoecium ♂ spiculam aequans: Valva oblonga, dorso nervis pluribus in fasciculos duos vitta hyalina interdum angustissima interjecta sejunctos inferne in costas cartila-

gineas fusos congestis percursa, marginibus hyalinis. Palea valvam aequans, tota subhyalina, vel inferne vitta media excepta cartilaginea, 2-carinata, dorso ad anthoecium ♀ recipiendum canaliculato-sulcata, carinis vel tota longitudine tenuibus et dorso tenuiter angusteque alatis vel infra medium incrassato-alatis. Lodiculae 2, hyalinae, minimae, enerves vel 0 (?). Stamina 3; filamenta tenuiter filiformia paleae fere aequilonga; antherae lineares supra medium anthoecii hiantis exsertae. Pistilli rudimentum nullum. Anthoecium ♀ quam ♂ paululo brevius, sub anthesi in paleae anthoecii ♂ sulco dorsali haerens, subteres: Valva submembranacea, lanceolata, subulato-rostrata, 2-nervis. Palea valvae aequilonga et forma structura consimilis, nisi inferne latior et magis abrupte rostrata. Lodiculae 0. Staminodia 3—2, capillaria, longitudine varia, interdum minima, rarius apice antherarum loco paulo incrassata. Ovarium ovoideo-oblongum; stylus filiformis, longus; stigmata 2, styli longitudine, laxiuscule plumosa, ex anthoecii rostro tubuloso exserta. Caryopsis valva paleaque paulo induratis inclusa, ellipsoideo-oblonga, subobliqua, styli basi indurata coronata, a dorso subcompressa; embryotegium ellipticum, magnum; hilum conspicuum, impressum. — Gramina perennia, habitu plerumque eximie xerophytico stricto. Foliorum vaginae apertae, arcte convolutae; ligulae perbreves vel obscurae; laminae involutae vel subteretes. Spicae 5—3-nae ad nodos superiores vel summos fasciculatim congestae, foliis subtendentibus magis minusve ad vaginas inflatas (involucra collectiva) redactis involucratae, ordine centrifugali (ab axi fugentes) evolutae, pedunculis eodem ordine decrescentibus, ultimo brevissimo.

Distributio. Species 3 in aridis Australiae borealis et boreali-occidentalis, una etiam in litore insulae Javae (prope Samarang) observata.

Clavis et diagnoses specierum.

Involucrum proprium quam spica multoties brevius, ad cupulam hyalinam in pedunculo persistentem redactum. Spica 5—3-spiculata, glabra; rhachis inter latera incrassata anguste hyalino-marginata subtenuis, internodio terminali lineari . . . . 1. *X. imberbis* R. Br.

Involucrum proprium quam spica paullulo vel tertia vel quarta parte brevius, multinerve, cum spica deciduum.

Spica 2—1-spiculata, praeter rhachin rufo- vel fuscopilosam glabra, internodium rhachis infimum brevissimum, obconicum, summum bracteiforme, lanceolatum, plurinerve . . . . 2. *X. barbata* R. Br.

Spica 2-spiculata, in lana longa densissima ultra medium condita; rhachis validiuscula, profunde excavata, lateribus cartilagineis rugosis; internodio terminali pugioniformi . . . . 3. *X. laniflora* Benth.

Xerochloa ist eine der wenigen bestimmt umschriebenen Gattungen der *Paniceae*, deren eigenartige Entwickelung den Anschluß an andere Gattungen schwer erkennen läßt. Die drei bisher bekannten Arten sind scharf von einander geschieden; doch stehen sich *X. barbata* und *X. laniflora* einander näher, als der dritten Art, *X. imberbis*. Die Ährchen sind in wenigzähligen Ähren angeordnet. Diese werden am Grunde von einem zu einer scheidenartigen Hülle umgewandelten Blatte umgeben und schließen kurze Zweigchen ab, die in Büscheln von 5—3 an den oberen Knoten der Halme und ihrer Äste entspringen und selbst wieder von einer Hülle (Sammelhülle) umschlossen werden, die in ähnlicher Weise wie die Sonderhüllen einem umgewandelten Laubblatt entspricht, nur daß die Umwandlung weniger weit fortgeschritten ist. Die weitestgehende Reduktion zeigen die Sonderhüllen von *X. imberbis*. Sie sind zu einer kurzen, häutigen, becherförmigen Scheide umgebildet, welche für die entwickelte Ähre offenbar bedeutungslos ist und bei der Ablösung derselben am Ährenstiel zurückbleibt. Die Entwickelung der Ähren eines Büschels scheint sich über einen längeren Zeitraum zu erstrecken, da die Ähren erster Ordnung bereits abgeworfen sind, wenn diejenigen zweiter oder dritter Ordnung blühen oder sich gar noch im Knospenzustand befinden. Ihre Entwickelungsfolge und ihre Stellung, sowie diejenige der zwischen ihnen eingeschalteten dorsalen Vorblätter deuten auf eine gestaute Sichel als den dem Büschel zu Grunde liegenden Verzweigungstypus hin.

Die artbestimmenden Unterschiede treten in den Ähren im Bau der Rhachis, der Glumen und des unteren Teiles der Palea des männlichen Anthoeciums hervor, während die Valva des letzteren und das weibliche (obere) Anthoecium in allen drei Arten sehr gleichartig entwickelt sind. Merkwürdig ist die Ausbildung der unteren Palea, welche auf der vorderen Seite das Androecium und in der Furche der Rückseite mehr oder weniger vollständig das weibliche Anthoecium wie in einer Röhre umschließt. Die bei *X. barbata* und *X. laniflora* besonders starke Verdickung der Seitenteile dieser Palea gegen den Grund hin und die verhältnismäßig zarte Struktur der Valva und Palea des eingeschlossenen weiblichen Anthoeciums stehen offenbar im Verhältnis der Korrelation oder besser Kompensation. Eine andere die Gattung charakterisierende Eigentümlichkeit ist die von der oberen Gluma an hervortretende Neigung aller Deckblätter zur Entwickelung von nur zwei Nerven, Kielen oder (in der Valva des männlichen Anthoeciums) Nervenbündeln. In der oberen Gluma kommt diese Tendenz bei *X. imberbis* und *X. barbata* nur insofern zum Ausdruck, als der Mittelnerv schwächer entwickelt ist als die ihm zunächst liegenden Seitennerven. Inwieweit Druckverhältnisse im Verlauf der Entwickelung dabei eine Rolle spielen, ließe sich vielleicht an frischem oder entsprechend konserviertem Materiale feststellen.




Fig. 2. *A* Inflorescentia; spica primaria et secundaria delapsae, tertiaria anthesi peracta involucrum proprium partesque superiores spicae cum lana exhibens. — *B* Spica involucro proprio dempto ultra medium lana condita. — *C* Spica eadem lana dempta magis amplificata. — *D* Spicula inferior ejusdem spicae partibus hiantibus, lana dempta. — *E* Gluma inferior. — *F* Gluma superior. — *G* Valva anthoecii ♂. — *H* Palea anthoecii ♂, explanata. — *J* Sectio transversa paleae. — *K* Anthoecium ♀ a paleae latere visum. — *L* Valva anthoecii ♀. — *M* Palea ejusdem, explanata. — *N* Pistillum fecundatum cum staminodiis. — *O* Anthoecium ♂ cum antheris exsertis. — *P* Pistillum maturum. — *Q* Caryopsis, embryotegium exhibens. — *R* Caryopsis hilum exhibens. — *S* Rhachis spicae (alius) spicula inferiore dempta. — *T* Inflorescentiae alius (spica secundaria in statu anthesis) diagramma. — Ubique est *c* culmus, *f* filamenta, *gi* gluma inferior spiculae inferioris, *gi'* gluma inferior spiculae superioris, *gs* gluma superior spiculae inferioris, *gs'* gluma superior spiculae superioris, *ic* involucrum collectivum, *ip* involucrum proprium, *p* pedunculus, *pa* palea spiculae inferioris, *pa'* palea spiculae superioris, *pr* prophylla, *r* rhachis spicae, *sp* spica, *spl* spiculae, *spl. i.* spicula inferior, *spl. s.* spicula superiora, *st* staminodia, *v* valva spiculae inferioris, *v'* valvae spiculae superioris. *I, II, III* indicant ordinem spicarum et pedunculorum prophyllorumque earum.

Xerochloa laniflora Benth. (descr. emend.) (B. VII. 502).

Gramen caespitosum, 15—30 cm altum, inflorescentiis exceptis glabrum. Culmi dense fasciculati, erecti vel inferne geniculati et ad nodos radicantes, simplices vel ramosi, rigiduli vel in speciminibus uberioribus (in umbrosis enatis?) subflaccidi, internodiis infrafloralibus 2—4 e vaginis plerumque longe exsertis. Foliorum vaginae laeves; ligulae brevissimae, hyalinae, truncatae, sericeo-pilosulae; laminae longitudine latitudine admodum variae, lineares longe in apicem acutum attenuatae, marginibus involutis, rarius in speciminibus uberioribus planae et ad 3 mm latae, supra albido-glaucae, infra virides, laevissimae. Inflorescentiae paucae in culmi parte superiore dissitae vel in uberioribus plures versus culmorum ramorumque apices congestae. Involucra collectiva a latere visa elliptico-oblonga, herbacea, pallide viridia vel demum straminea, inferiora et intermedia ligulata et laminas breves gerentia, summa iis destituta, lamina exclusa 12—8 mm longa. Involucra propria multinervia, late albo-marginata, obtusa, superne transverse venulosa, glaberrima. Spicae 12—8 mm longae, plerumque 2-spiculatae, in lana longa densissima ultra medium condita cum involucro proprio deciduae; pedunculus primarius 8—4 mm longus; prophylla ovata, obtusa, quam pedunculi sui paulo longiora, dorso parce lanigera, majora obliqua, 1-carinata vel inaequaliter 2-carinata. Rhachis validiuscula, alternatim profunde excavata, lateribus rugosis foveolatisque ubique copiose lanatis, internodio terminali pugioniformi spiculis superato. Spiculae circiter 6 mm longae. Gluma inferior lineari-spathulata, lanoso-ciliata, uninervis, spiculae dimidium aequans, superior oblonga, scariosa, firmula, 2-nervis, superne lanoso-ciliata, spicula paulo brevior. Anthoecium ♂: Valva obovato-oblonga, glabra. Palea obtusa, lateribus infra medium admodum incrassatis duris rugulosis dense lanatis. Antherae 4 mm longae. Anthoecium ♀: Valva paleaque longe subulato-rostratae. Staminodia plerumque 2, minuta. Stylus 3 mm longus; stigmata 3 mm longa. Caryopsis ellipsoidea, fusca, 2 mm longa, embryotegio late elliptico.

Distributio: Hab. in regione tropica occidentalis: a Roeburne circ. 55 km meridiem versus in solo argillaceo duro fere vegetatione destituto, flor. m. April. (D. 2795!); Ad Sturts Creek, F. Mueller!

Gramineae ceterae determinatae atque illustratae sunt a R. Pilger.

Neurachne R. Br. (B. VII. 507).

Neurachne multiculmis Pilger n. sp.; culmis e basi lignosa numerosis, elatis, tenuibus, basi bulboso-incrassatis, villosis, multinodis, ad nodos parum incrassatis, saepe erecto-ramosis, 50 cm altis; foliis ad culmum numerosis, lamina lineari, plana, longe angustata, acuta, setis nonnullis e tuberculis enatis imprimis margine inspersa, 3—5 cm longa et 2—3,5 mm lata, vagina arcta, striata, setis iisdem ± inspersa, ore albido-barbata, ligulae loco

corona pilorum mollium; spica terminali exserta, 2—3 cm longa, densiflora, internodiis spiculis brevioribus; rhachi pubescente; spiculis brevissime pedicellatis, cum pedicello apice parum excavato articulatis, basi barbatis; gluma prima parum a reliquis distante, basin spiculae amplectente, elliptica, apice truncata, dorso medio callo crasso longe barbato instructa, a callo ad basin parte ovali tenuiter membranacea, ceterum papyraceo-coriacea, obscure 7-nervia, 6 mm longa; secunda elliptica dura, obtusata, parte inferiore marginibus anguste inflexis glumas reliquas amplectente, utroque latere versus marginem a basi usque supra mediam glumam densissime longe patentim hirsuto-villosa, praeterea brevius villosa, 5 mm longa; tertia angustiore, late lanceolata, obtusa, 3- vel 5- nervia, glabra, 4 mm longa; quarta florifera tenuiter papyracea, hyalina, ovata, acutiuscula, tenuiter 3-nervia, 4 mm longa; palea aequilonga, 2-nervia, ad nervos inflexa; flore hermaphrodito, staminibus 3; stigmatibus 2 elongatis breviter laxe plumosis; lodiculis 2 parvis, apice truncatis.

Hab. in distr. Irwin pr. Greenough River juxta viam Mullewensem in fruticetis umbrosis clivorum lutoso-rupestrium flor. m. Sept. (D. 4217).

Neurachne alopecuroides R. Br. (B. VII. 507).

Quam speciem per totam Australiam occidentalem pervulgatam esse apparet. Stationes novae adsunt e. g. Irwin: Geraldton, Eyre: Philipps-River, Graspatch pr. Esperance (D.).

Pollinia Trin. (B. VII. 524).

Pollinia fulva (R. Br.) Benth. (B. VII. 526).

Crescit in distr. Austin litorali pr. Carnarvon in dunis litoris arenosis flor. m. Aug. (D. 3677).

Anthistiria L. (B. VII. 541).

Anthistiria membranacea Lindl. var. **trichopus** Benth. (B. VII. 544).

Hab. in regione tropica a Roeburne meridiem versus in lutosis flor. m. April (D. 2794).

Ehrharta Thunb. (B. VII. 550).

Ehrharta longiflora Sm. (B. VII. 551).

Quam speciem introductam in distr. Irwin pr. Champion Bay in lutosis gregariam vidimus flor. m. Sept. (D. 4138).

Stipa L. (B. VII. 564).

Stipa elegantissima Lab. (B. VII. 565).

Species per totam Eremaeam in silvis apertis lutosis vulgaris.

Stipa teretifolia Steud. (B. VII. 567).

In distr. Eyre pr. Peniup in silvis apertissimis lapidoso-lutosis frequens flor. m. Oct. (D. 1891).

Stipa Drummondii Steud. (B. VII. 567) vel affinis.

Hab. in distr. Austin pr. Menzies in silvulis apertis arenosis flor. m. Oct. (D. 5177).

Stipa pycnostachya Benth. (B. VII. 568) vel affinis.

Hab. in distr. Eyre pr. Philipps-River gregaria in silvis *Eucalypti salmonophloiae* lutosis flor. m. Oct. (D. 4855).

Stipa arachnopus Pilger n. sp.

Dense caespitosa, innovationibus numerosis, brevibus, foliis rigidis, angustissime convolutis instructis; culmis numerosis e caespite longe exsertis, gracilibus, erectis, paucifoliatis, e vagina suprema elongata ramulum panicula terminatum emittentibus, 50 cm circ. altis; foliorum lamina erecta, angustissime involuta, pungenti-acuta, in folio supremo brevissima, ceterum 6—8 cm longa, cum vagina angusta et innovationibus in toto dense brevissime albido hispidulo-pilosis potius quam scaberulis, ligula brevi membranacea; panicula contracta, circ. ad 20 cm longa; rhachi terete; fasciculis ramorum paucis (3—4), distantibus, ramis tenuibus erectis, internodia paniculae vix vel non aequantibus, parum divisis, paucispiculatis, scaberulis; spiculis ipsis breviter pedicellatis; glumis vacuis lanceolatis, 3-nerviis, prima apice sub-bidenticulata, e nervo medio scabro breviter producta, 7—8 mm longa, superiore breviore et parum angustiore, apice subdenticulata, 5—6 mm longa; gluma florifera cum callo acutissimo hirsuto circ. 1 mm longo 4 mm longa, flavescente vel demum brunnescente, dense pilis albido-flavescentibus adpresse hirsuta; arista bene cum gluma articulata, bigeniculata, parte inferiore torta 15—16 mm longa, scabra vel scabro-hirtula, parte superiore scaberula 18 mm circ. longa.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Bullabulling in silvis apertis lapidoso-lutosis fl. m. Oct. (D. 5954).

Species notabilis.

Stipa nobilis Pilger n. sp.

Dense et compacte caespitosa, elata; innovationibus intravaginalibus, paucifoliatis, foliis rigidis erectis, angustissime involutis; culmis compluribus, elatis, 60 cm circ. cum panicula altis; foliis ad culmum 4—5, superioribus longe distantibus, vaginis plerumque internodiis longioribus, ex parte sese tegentibus, vagina suprema 17—19 cm longa; foliorum lamina angustissime filiformi-involuta, erecta, rigida, pungenti-acuta, leviter aspera, innovationum nonnunquam pilis brevibus albidis inspersa, ad 20 cm longa, vagina striata collo extus barbata, foliorum superiorum striata, glabra, inferiorum et innovationum puberula, ligula brevi, truncata, dense apice barbata; panicula basi in vagina folii supremi inclusa, elongata, contracta, 17—27 cm longa; ramis verticillatis, erectis plerisque paucispiculatis, nonnullis elongatis, ad 10 cm longis, parum divisis; spiculis angustis, breviter pedicellatis vel subsessilibus; glumis vacuis tenuibus, albido-nitentibus, anguste lanceolatis, acuminatis, acutissimis, 3-nerviis, subaequilongis 15—

17 mm; gluma florifera cum callo basi acuto, 2,5 mm longo 6,5 mm longa, dense adpresse pilis brunneo-aureis brevibus vestita, arista longe patenter albido-plumosa apicem versus glabrescente, facile decidua, infra geniculum parum torta circ. 1 cm longa, supra geniculum reflexa, tenui, 3,5 cm longa.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Bronti inter frutices in arenosis frequens atque insignis.

Species nova *St. hemipogoni* affinis differt panicula elongata, arista longiore, gluma pilis brunneo-aureis (non albis) ornata.

Stipa campylachne Nees (B. VII. 569).

Gramen in distr. interioribus in limosis gregarium atque frequens. Habemus ex distr. Avon pr. Wyola (D. 5025), ex distr. Irwin pr. Mingenew cum plantis annuis frequens (D. 4264), ex distr. Austin pr. Menzies (D. 5918).

Stipa trichophylla Benth. (B. VII. 570) vel affinis.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Coolgardie in apertis arenosis caespites sparsos efformans (D. 1691).

Danthonia DC. (B. VII. 595).

Danthonia semiannularis R. Br. (B. VII. 595).

Locis compluribus regionum et litoralium et interiorum nobis obvia.

Avellinia Parlatore.

Avellinia Michelii (Savi) Parlat.

Quam speciem in regionibus Mediterraneis occidentalibus indigenam, cum in Bentham Flora Australiensi non enumerata sit, tempore recentiore in Australiam introductam esse apparet.

Hab. in distr. Eyre pr. West-River in lutoso-glareosis gregaria flor. m. Oct. 1901 (D. 4899).

Amphipogon R. Br. (B. VII. 597).

Amphipogon debilis R. Br. (B. VII. 597).

Septentrionum versus distr. Darling ingreditur, ubi vidimus pr. Serpentine River in silvis apertis arenosis (D. 1860).

Amphipogon strictus R. Br. (B. VII. 597).

Planta in regionibus interioribus Australiae occidentalis latius diffusa videtur.

Habemus eam ex distr. Avon pr. Tammin in arenosis (D. 5065), ex distr. Eyre pr. West-River in arenosis (D. 4896). Formae aliae in Eremaea haud rarae.

Amphipogon strictus R. Br. var. **occidentalis** Pilger n. var.

Caespitosa, culmis caespites superantibus, spicis pauperis, glumis glaberrimis, florifera aristis breviter ciliatis instructa.

Hab. in distr. Austin australi pr. Menzies in fruticetis apertis arenosis (D. 5948); in distr. Coolgardie pr. Bronti in arenosis (D. 5607).

Amphipogon restionaceus Pilger n. nom. — Fig. 3 *D—J.*

Gamelythrum turbinatum Nees in Pl. Reiss. II. 101.

Amphipogon turbinatus Benth. Fl. Austr. VII. 599 partin, non R. Br.

Descriptio Neesii atque specimen Preiss n. 1850 a Neesio sub *Gamelythro turbinato* Nees hanc speciem novam referunt. *A. restionaceus* enim, quamvis *A. turbinato* R. Br. affinis, compluribus rebus facile discriminatur (cf. Fig. 3). Planta tota robustior est; foliorum laminae curvatae, interdum pilis longis patentibus albis vestitae; vaginae foliorum praecipue inferiorum ± albo-pilosae atque apice barbatae; capitula longiora atque angustiora (circ. 2,5 cm diamet.) quam illa *A. turbinati*, quae latiora quam longa inveniuntur; aristae illis *A. turbinati* longiores. — *A. restionaceus* e rhizomate longe repente horizontali lanuginosissimo culmos numerosos simplices erectos 25 – 30 cm altos gignit.

Hab. in distr. Irwin pr. Greenough River juxta viam Mullewensem in arenosis nudis flor. m. Sept. (D. 4216).

Partes vegetativae speciei novae omnino *Gamelythrum denudatum* Nees referunt, quod autem in specimine typico unico depauperato capitula glabra praebet. Quamvis igitur utraque species fortasse identicae sint, nomen »*A. denudatum* (Nees)« (ineptum) neglexi, dum formas illas easdem esse non liquet neque unquam specimine illo manco confirmari poterit.

Triraphis R. Br. (B. VII. 603).

Triraphis bromoides F. v. M. (B. VII. 604).

Forma sec. descr. typo simillima floribus minoribus diversa hab. in distr. Avon pr. Tammin in fruticetis apertis aridis arenosis fl. Oct. (D. 5085).

Triraphis rigidissima Pilger n. sp. — Fig. 4.

Rigidissima, caespites glaucescentes pungentes densissimos rhizomate valde ramificato longe in arena repente formans; rami in caespite valde ramulosi; ramuli breves, stricti, dense foliati, vaginis brevibus pro parte sese tegentibus; foliorum lamina patente vel patentissima, rigidissima, subulata, tereti-involuta apice rigide pungenti-acutata, 2—5 cm longa, glaberrima, vagina perbrevi, marginibus nonnunquam parce, ore dense villosa; ramulis compluribus caespitis in culmos excrescentibus; culmis elatis paucinodis, tenuibus, glabris, 40 cm circ. altis, internodiis valde elongatis, foliis inferioribus folia caespitum simulantibus, superioribus 1—2 lamina valde redacta, vagina internodio breviore; inflorescentia paucispiculata longe exserta, 7—9 cm longa; rhachi tenui, scaberula; ramis singulis inferioribus 2-spiculatis, superioribus spiculis singulis formatis; spiculis (Fig. 4 *C*) inferioribus longe flexuose, tenuiter, superioribus brevius pedicellatis; spicularum floribus fertilibus 4—5, additis superioribus nonnullis rudimentariis sterilibus; glumis vacuis spicula brevioribus, anguste lanceolatis, longe acuminatis, 5-nerviis, e nervo medio acutis, 10 mm longis, inferiore superiorem basi amplectente; gluma florifera (Fig. 4 *E*) rigida chartacea, nervo




Fig. 3. *A—C Amphipogon turbinatus* Nees. *A* Capitulum. *B* Gluma florifera. *C* Palea et flos. — *D—J Amphipogon restionaceus* Pilger. *D* Habitus. *E* Rhizoma. *F* Capitulum. *G, H* Glumae vacuae. *J* Gluma florifera, palea et flos.

medio complicata, elliptica, intus, marginibus et dorso medio pubescente, in aristas tres basi dilatatas planas, scaberulas apice exeunte, arista media parum longiore quam laterales, 11—12 mm longa, gluma cum aristis 14—17 mm longa; palea lanceolata, dorso breviter pubescente, 6 mm longa,



Fig. 4. *Triraphis rigidissima* Pilger. *A* Habitus. *B* Spicula $^1/_1$. *C* Spicula $^2/_1$. *D* Palea et flos. *E* Gluma florifera.

2-carinata, marginibus breviter inflexis; ovario cylindraceo, stylis 2 ad basin separatis, stigmatibus dense plumosis; lodiculis 2 cuneatis.

Hab. in distr. Austin australi pr. Menzies in fruticetis apertis arenosis fl. Oct. (D. 5175).

Species nova ad *T. bromoidem* F. v. M. spectans, habitu, foliis brevioribus, patentibus, panicula depauperata, glumis floriferis brevius pilosis distincta.

Triodia danthonioides F. v. M. (B. VII. 604).

Hab. in distr. Irwin pr. Mingenew in arenosis fruticulosis frequens flor. m. Sept. (D. 4266).

Sporobolus R. Br. (B. VII. 620).

Sporobolus indicus R. Br. (B. VII. 622).

Hab. in distr. Austin litorali pr. Carnarvon in lutoso-arenosis flor. m. Aug. (D. 3709).

Eriachne R. Br. (B. VII. 626).

Eriachne aristidea F. v. M. (B. VII. 629).

Hab. in distr. Austin litorali pr. Carnarvon in lutosis subnitrosis frequens flor. m. Aug. (D. 3658).

Eriachne inermis Pilger n. sp.

Culmis et innovationibus e basi crassa lignosa, sericeo-pilosa numerosis, omnibus strictis, erectis; culmis teretibus, tenuibus, satis elatis, 40 cm circ. altis, ± erecto-ramosis; foliis ad culmos aequaliter distantibus, apicem culmi versus vix decrescentibus, vaginis internodiis brevioribus; foliis lamina perbrevi, patentissima, angustissime setaceo-involuta 12—25 mm longa, basi saepe setis nonnullis albidis inspersa, vagina arcte adpressa, imprimis foliorum inferiorum saepe setulis e tuberculis enascentibus ± inspersa, ligulae loco corona pilorum strictorum brevium; panicula paupera brevi, 4—5 cm longa, ramulis inferioribus circ. binis, 2—4 floris, brevibus, tenuibus, flexuosis, superioribus singulis 2—1-floris, pedicellis spicularum longis, apice clavato-incrassatis; ramulis et pedicellis scaberulis; spiculis 2-floris; glumis vacuis ovatis, glabris, multinerviis, acutis, 5—6 mm longis; gluma florifera longe hirsuto-villosa lanceolato-ovata, 5- vel 7-nervia, acuta vel e nervo medio breviter setaceo-acutata 5,5 mm longa; palea dorso aequaliter villosa, apice breviter bifida, aequilonga.

Hab. in regione tropica pr. Cossack in schistosis lutosis flor. m. April. (D. 2937).

Species nova affinis *E. scleranthoidi* atque *E. mucronatae* differt glumis majoribus, foliis distantibus rigidis brevibus.

Eriachne nana Pilger n. sp.

Dense caespitosa, culmis numerosis brevibus caespites vix vel parum excedentibus atque innovationibus numerosis in caespitem humilem unitis; innovationibus strictis erectis, ad basin culmorum longe villosam fasciculato-congestis foliis nonnullis instructis; foliorum lamina angustissime setaceo-convoluta, pungente, glabra, ad circ. 5 cm longa, vagina brevi, adpressa; culmis fertilibus parvis 5—9 cm altis, saepe ± geniculatis, paucinodis, nodis brunneis, longe barbatis; foliorum lamina angustissima, involuta, circ. 1,5—2 cm longa, vagina laxa, quam internodium breviore vel longiore; inflorescentia paucispiculata, ovata, spiculis inferioribus binis, superioribus ad rhachin brevem singulis, breviter, inferioribus longiuscule pedicellatis; spiculis 2-floris, glumis vacuis ovatis, subobtusis, multinerviis, 6—7 mm longis; gluma florifera lanceolata, subacuta, prominenter crasse 7-nervia,

dorso parte inferiore tantum longe hirsuto-villosa, 7 mm longa, palea 2-carinata, dorso parte inferiore hirsuto-villosa.

E. ovata Nees var. *nana* Sp. Moore in Journ. Linn. Soc. XXXIV. 229?

Hab. in distr. Coolgardie pr. Bullabulling in silvis apertis lapidoso-lutosis fruct. m. Oct. (D. 5949).

Ab *E. Preissiana* differt habitu, inflorescentia pauciflora; glumis latioribus obtusis, gluma florifera parte inferiore longe hirsuto-villosa. *E. ovata* Nees in Hook. Lond. Journ. Bot. II. 416 quacum Bentham Fl. Austr. VII. 630 *E. Preissianam* conjunxit e descriptione nimis brevi non certe intelligi potest; sed spiculo unico e herbario Neesiano museo Berolinensi communicato examinato eam ab *E. Preissiana* abhorrere persuasum habeo. Quae cum ita sint, species 3 in Australia occidentali indigenae atque arctius affines nobis accipiendas esse videtur.

Aira L. (B. VII. 584).

Aira caryophyllea L. (B. VII. 585).

Introducta in distr. Darling pr. Perth in locis subumbrosis silvaticis arenosis haud raro (D. 1570[a], 4501) nec non in distr. Stirling ad riv. Kalgan in graminosis glareoso-arenosis (D. 4974).

Koeleria Pers. (B. VII. 639).

Koeleria phleoides Pers. (B. VII. 639).

Ex Australia occidentali nondum commemorata, fortasse autem introducta. Vidimus in distr. Stirling pr. Pallinup River in eucalyptetis lutosis una cum *Festuca bromoidi* flor. m. Oct. (D. 4708).

Eragrostis Beauv. (B. VII. 641).

Eragrostis Dielsii Pilger n. sp.

Humilis, glabra, culmis numerosis, undique versis, solo accumbentibus, circ. 10—15 cm longis, nonnunquam e vaginis breviter florifero-ramosis; foliis satis distantibus, vaginis quam internodia brevioribus; foliorum lamina patente, anguste lineari, ± convoluta, striata, circ. 2—3,5 cm, rarius ad $5^1/_2$ cm longa, vagina adpressa, striata, ligulae loco corona pilorum brevium albidorum, mollium; inflorescentia terminali pro culmo magna, e fasciculis compluribus spicularum satis distantibus composita; spiculis in fasciculo i. e. ramo paniculae valde abbreviato ad axim perbrevem 2—9, sessilibus, anguste subcylindraceis, apicem versus angustatis, ± falcatis, circ. 1,5—2 cm longis, glumis dense imbricatis; glumis vacuis a floriferis parum diversis ovatis; gluma florifera late ovata, violaceo-tincta, obtusa, 2—2,5 mm longa nervis 3 prominentibus, viridibus, palea breviore, rotundato-elliptica, hyalina, nervis 2 nonnisi basin versus parum conspicuis.

Hab. in distr. Austin litorali pr. Carnarvon in solo arenoso-argilloso flor. m. Aug. (D. 3635).

Eragrostis Dielsii Pilger var. **Pritzelii** Pilger n. var. (= *E. Pritzelii* Pilger in Pritzel Pl. Austr. occ. exsicc. n. 819).

Dense caespitosa; fasciculi spicularum ad spiculam unicam vel ad paria redacti; spiculae purpurascentes, latiores et magis compressae quam in typo. Hab. in distr. Avon pr. Wyola in apertis subnitrosis (E. Pritzel Pl. Austr. occ. n. 819).

E. Dielsii in Australia latius divulgata (ex N. S. Wales, Victoria specimina mihi nota sunt), eadem species est, quae in Benth. Fl. Austr. VII, 649 sub nomine *E. falcata* descripta est. Sed *E. falcata* Gaud. secus specimen Herb. Berol. diversa est: *E. falcata* Gaud., quae panicula valde ramosa, ramis tenuibus ramulosis instructa, spiculis pedicellatis, angustissimis, parum falcatis, nervis, glumarum floriferarum haud prominentibus insignis est, in Fl. Austr. l. c. sub nomine *E. lacunaria* F. v. M. describitur.

Itaque synonymiam specierum rursus exponere liceat:
1. *E. falcata* Gaud. = *E. lacunaria* F. v. M. ex Benth. Fl. Austr. VII. 649.
2. *E. Dielsii* Pilger = *E. falcata* Benth. in Fl. Austr. VII. 649 non Gaud.

Briza L. (B. VII. 659).

Briza minor L. (B. VII. 660).

Introducta in distr. Avon pr. Beverley in lutosis herbosis (D. 6004).

Briza maxima L. (B. VII. 660).

Nunc per tractus amplos Australiae occidentalis et litorales et interiores valde distributa atque multis locis gregaria.

Bromus L. (B. VII. 660).

Bromus arenarius Lab. (B. VII. 661).

In distr. Austin litorali pr. Carnarvon in lutoso-arenosis pervulgatum vidimus fl. m. Aug. (D. 3616).

Festuca L. (B. VII. 662).

Festuca bromoides L. (B. VII. 663).

Hab. in distr. Irwin pr. Mingenew in acacietis lutosis herbosis vulgaris et gregaria fl. m. Sept. (D. 4267); in distr. Eyre pr. Jacup Creek in eucalyptetis apertis lapidoso-lutosis (D. 4936).

Festuca rigida Mert. et Koch (B. VII. 664).

Quam speciem nunc etiam in Australiam occidentalem introductam constat. Vidimus in distr. Darling pr. Fremantle in arenosis aridis (D. 1505).

Cyperaceae.

Verbreitung: Die Cyperaceen Westaustraliens sind nach Verbreitung und genetischen Beziehungen sicherlich noch zu unvollkommen bekannt, als daß sich heute schon viel Allgemeingültiges darüber sagen ließe. Einzelne interessantere Fälle werden bei den betreffenden Gattungen zu erwähnen sein.

Perianthii rosei tepalis apicem versus purpurascentibus pulcher septentrionem versus trans sinum Champion Bay progreditur (D. 4180).

Cyrtostylis R. Br. (B. VI. 376).

Cyrtostylis reniformis R. Br. var. **Huegelii** Endl. (B. VI. 376).

Est species tractui calcareo litorali insignis, quem secuta trans sinum Champion Bay progreditur (D. 3609!). Tamen nonnunquam in rupibus graniticis invenitur, e. g. in collibus fretum King George Sound adjacentibus.

Caladenia R. Br. (B. VI. 376).

System: Über die Willkürlichkeit der Umgrenzung und Gliederung dieser Gattung vergl. BENTHAM Fl. Austr. VI. 377 und REICHENBACH fil. in

Beitr. Syst. Pflanzenk. (1871). — Sämtliche Sektionen sind in Westaustralien vertreten, oft in Formen, die auch im Osten sich finden.

Caladenia Menziesii R. Br. (B. VI. 379).

Perianthium album, petala later. purpurea. Flores *Convallariam majalem* redolent. — Quae species pulchra a Vasse Riv. trans sinum Champion Bay diffusa est flor. m. Sept.

Caladenia fimbriata Rchb. (B. VI. 379).

Perianthium viridulum, petala later. fusca. Haec quoque species valde praecox (flor. m. Majo) multo latius est diffusa quam ex autoribus intelligi potest. In distr. Darling haud rara invenitur in arenosis subumbrosis inter frutices; unde ad distr. Stirling progreditur, ubi cum in planitiebus humoso-limosis tum in collium lapidosorum locis subumbrosis eam observavimus.

Caladenia discoidea Lindl. (B. VI. 380).

Perianthium luteo-viride purpureo-tinctum callis purpureis. In distr. Darling haud procul ab urbe Perth in arenosis subhumidis locis nonnullis sed nunquam gregaria invenitur.

Caladenia filamentosa R. Br. (B. VI. 381).

Perianthium nunc labello roseo purpureo-maculato saturate purpureum nunc labello albido callis purpureis ornato luridum ad apices tepalorum purpurascens. — Aream geographicam et septentrionem versus ad Irwin River (D. 3586) et orientem versus in districtus Avon partes magis orientales extendere ipsi observavimus.

Caladenia hirta Lindl. (B. VI. 383).

Perianthium album ad apices tepalorum purpureo-maculatum, labellum album purpureo-callosum. — Haec species per regionem *Eucalypto redunca* arborea (»Wandoo«) signatam in glareoso-lutosis subhumosis abundat, i. e. a flum. Moore Riv. ad riv. Salt River.

Caladenia flava R. Br. (B. VI. 384).

Perianthium flavum varie pictum: sepalum dorsale petalaque later. nunc (pr. flum. Moore Riv., pr. fretum King George Sound) transverse rubrostriata nunc (pr. sinum Champion Bay) fusco-maculata. Haec quoque species pulchra septentrionem versus longius progressa trans sinum Champion Bay nobis obvia fuit flor. m. Aug. et Sept., una cum **C. latifolia** R. Br. adhuc nondum trans riv. Swan River notata (Diels in hb. Berl.!).

Caladenia reptans Lindl. (B. VI. 385).

Perianthium roseum, folia subtus purpurascentia. Species nana ad distr. Darling fines australes pr. Blackwood River in silvis glareoso-lutosis parce a nobis observata flor. m. Aug. exeunt. (D. 3846).

Caladenia nana Endl. (B. VI. 385).

Quam speciem pulchellam injuria a cl. Reichenbach fil. priori adjunctam esse existimamus, quod labello valde fimbriato abhorreat. Ob-

servavimus eam pr. fretum King George Sound haud procul a loco classico in arenosis subhumosis flor. m. Sept. (D. 4357!).

Caladenia serrata Rchb. (B. VI. 386).

Habitu aliquantum singularis. Perianthium extus glaucum intus fuscum; labellum albidum vel ochroleucum. In arenosis humosis plerumque solitaria observatur.

Caladenia aphylla Benth. (B. VI. 387).

Species admodum gracilis flores praecocissimos m. Mart. ad Maj. emittit. Folia nondum observata sunt. Perianthium pallide sulphureum leviter violaceo-suffusum; columna viridis cum labelli lobis lateralibus violaceo-tincta. Septentrionem versus eam ad Serpentine River progressam vidimus.

Caladenia deformis R. Br. (B. VI. 388).

Perianthio caeruleo, labello violaceo, columna purpurea praedita raro floribus albis variat. Aream geographicam per distr. Irwin trans sinum Champion Bay extendit, ubi e. g. pr. Northampton in acacietis apertis glareoso-lutosis flor. m. Jul. abundantem vidimus (D. 3313; E. Pritzel Plant. Austr. occ. 447).

Caladenia gemmata Lindl. (B. VI. 389).

Species conspicua *Crocos* quosdam simulans perianthio intense azureo (labello albo azureo-calloso) glareoso-lutosa m. Aug. et Sept. abundanter adornat, sed sublitoralia districtuum Darling et Warren fugere videtur.

Glossodia R. Br. (B. VI. 391).

System: Die Beziehungen der beiden westaustralischen Arten bedürfen weiteren Studiums. Zum mindesten scheinen sie der Hybridisation fähig.

Glossodia emarginata Lindl. (B. VI. 393).

Perianthii colore extus albido purpureo-maculato intus caerulescenti-roseo a *G. Brunonis* flore paulo minore intus intense violaceo differt.

Casuarinaceae.

Verbreitung: Die Verbreitungs-Verhältnisse der westaustralischen Casuarinen zeigen merkwürdige Ungleichheiten, geben aber vorläufig wenig Anhalt zur Beurteilung der Entwicklung der Areale. Die polymer-quirlige Gruppe enthält die am weitesten verbreiteten Arten. Die nahezu panaustralische *C. glauca* ist im Binnenlande Westaustraliens noch sehr verbreitet, wie auch *C. Huegeliana* Miq. als schwach abgewandelter Ersatz der östlichen *C. stricta* Ait. häufig angetroffen wird. Eine andere Spezies des Ostens, *C. distyla* Vent., tritt am Südrande des Gebietes noch auf; im Norden aber nimmt als vikariierende Art *C. campestris* Diels ihre Stelle ein, wobei übrigens die so weit verbreitete *C. distyla* Vent. morphologisch als die abgeleitete Spezies erscheint.

Die übrig bleibenden rein endemischen Formen der Sektion sind unterschieden durch die Ausbildung der Bracteolen zur Fruchtzeit. In dieser Beziehung stellt *C. Fraseriana* einen Seitenzweig des *Stricta*-Typus vor, der sich im äußersten Südwesten auf Sandboden in regenreicherem Klima entwickelt hat. Nach anderer Richtung zeigen sich die eigentümlichen, um *C. bicuspidata* gruppierten Formen differenziert, die besonders in der Eremaea vorzukommen und stark xerophil ausgebildet scheinen.

Demgegenüber setzt sich die oligomer-quirlige Gruppe nur aus endemischen Formen zusammen, die ihren Anschluß, wie es scheint, im nördlichen Innern finden. Baumartig ist keine einzige Art davon. Im ganzen Südwesten spielt *C. humilis* Otto et Dietr. eine bedeutsame Rolle, während *C. Drummondiana* Miq. und *C. microstachya* Miq. viel beschränktere Areale einnehmen. Dies gilt auch bei *C. thuyoides* Miq. und namentlich für die eigentümliche, durch *C. acuaria* charakterisierte Gruppe; die hohe morphologische Spezialisiertheit dieser Arten fällt mit einer eng lokalen Begrenztheit zusammen.

Vorkommen: Nach *Eucalyptus* liefert *Casuarina* in Westaustralien die höchsten im Lande vorkommenden Bäume. Diese baumartig wachsenden Vertreter der Gattung stellen höhere Ansprüche an Feuchtigkeit. In den trockneren Teilen beschränken sie sich daher auf die Depressionen des Geländes und werden dort zum Teil bezeichnend für die Mulden und Wasserfurchen: *C. Huegeliana* und *C. glauca* sind die bedeutsamsten dieser »Creek« - Spezies. Im Südwesten stellt sie der reichere Niederschlag unabhängiger von Bodenfeuchtigkeit. Schon am Swan River kann man Casuarinen in die sandigen Waldungen eingestreut sehen, größer aber ist ihre Rolle der Südküste zu, wo die Eucalyptus-Bestände von *C. Fraseriana* oft stark durchsetzt sind.

Auf mehr exponiertem Gelände liegt die Domäne der strauchigen Arten. Dabei ist es unzweifelhaft edaphischer Einfluß, der für die Rolle der einzelnen Spezies bedeutsam wird. Im Distr. Irwin und Avon sieht man allenthalben auf dem Übergangsboden zwischen Sand und Lehm oft dichte Bestände der *C. campestris*. Sie bildet eine charakteristische Formation. Kiesig-lehmige Plätze im gleichen Distrikte bedeckt *C. Drummondiana* oft in dichtem, niederem Gebüsch, während an sandigen Stellen *C. microstachya* zum Aufschwung gelangt. Die häufigste Art aber unter den Psammophilen ist *C. humilis*, förmlich eine Leitpflanze für den wenig gemischten schwach humösen Sand. Noch zu erwähnen wäre, daß die Gattung selbst Dünensand sich zu unterwerfen verstanden hat: *C. distyla* kommt dort in flach am Boden ausgebreiteten Polstern vor, die ein fremdartiges Bild gewähren, wenn sie die braunen Kätzchen aufrecht emporsenden.

Noch stärker xerophil endlich sind uns *C. bicuspidata* mit ihren Verwandten und *C. grevilleoides* erschienen. Sie gefallen sich an stark

kiesigen, steinigen oder felsigen Plätzen, ohne irgendwie Schutz zu suchen, und bequemen sich dieser Lebensweise in einem so ausgeprägt starren Habitus an, daß sie schon dadurch vor ihren Verwandten sich auszeichnen.

Casuarinae species Australiae occidentalis ab auctoribus prioribus ob speciminum supellectilem incompletam parum erant intellectae. Eadem de causa Benthami ipsius diagnosibus specierum nonnullarum aliquantum deest.

Itaque hoc genus insigne atque in Australia austro-occidentali formis miris abundans plenius verbosiusque nobis enarrandum clavique specierum augendum esse existimavimus, non quod nos ipsos illas exhausisse putaremus, sed ut botanophilos indigenos ad Casuarinas observandas cohortaremur.

Clavis specierum Casuarinae Australiae occidentalis nobis cognitarum.

A. Ramulorum lateralium internodia numero non definita.	
I. Verticilli 12—15-meri. Achaenium cum ala omnino pallidum	*C. glauca* Miq.
II. Verticilli 8—10-meri. Achaenium atro-fuscum ala hyalina ornatum. Arbores vel frutices elati.	
a. Bracteolae strobili integrae vel sulcatae.	
α. Bracteolae dorso laeves.	
Arbor. Amenti ♂ internodia 25—40	*C. Huegeliana* Miq.
Frutex. Amenti ♂ internodia 10—20	*C. campestris* Diels
β. Bracteolae dorso verrucoso-rugosae. Arbor . .	*C. Fraseriana* Miq.
b. Bracteolae strobili in lamellas 2 fissae. Frutices.	
α. Bracteolarum obtusarum lamella interior brevior	*C. distyla* Vent.
β. Bracteolarum acutarum lamellae subaequales.	
Dentes adpressi	*C. bicuspidata* Benth.[1]
Dentes patuli elongati	*C. trichodon* Miq.
III. Verticilli 4—6-meri. Frutices humiles.	
a. Bracteolae strobili integrae dorso areolatae.	
α. Achaenium nudum (Fig. 11 *A*, *B*)	*C. humilis* Otto et Dietr.
β. Achaenium pilosum (Fig. 11 *C*—*E*).	
Verticilli 5—6-meri; internodia perbrevia . . .	*C. Drummondiana* Miq.
Verticilli 4-meri	*C. microstachya* Miq.
b. Bracteolae strobili in lamellas 2 fissae (Fig. 11 *G*).	
Fruticulus monoicus	*C. thuyoides* Miq.
B. Ramulorum lateralium internodia 2, alterum brevissimum alterum folium simulans vegetatione definitum.	
Ramuli glabri. Amenta ♂ 1 cm long. vel longiora . . .	*C. acuaria* F. v. M.
Ramuli pubescentes. Amenta ♂ usque ad 0,5 cm long.	*C. grevilleoides* Diels.

---

1) *C. corniculata* F. v. M. et *C. acutivalvis* F. v. M. e descriptione parum recognoscendae *C. bicuspidatam* Benth. accedere videntur.

Casuarina glauca Miq. (cum *C. obesa* Miq., B. VI. 196).

Arbor dioica ramis erectis; internodiis teretibus glabris glaucis siccando facile separatis, sub dentibus paulum incrassatis luteolis; dentibus 12—15 adpressis basi fuscis margine albo-ciliatis; amenti ♂ internodiis numerosis imbricatis basi vix constrictis dentibus adpressis; strobilo (Fig. 9 *A*) brevissime et crasse pedunculato breviter et late cylindrico 12—15-sticho; bractea brevi longiuscule acuminata quam bracteola breviore inconspicua; bracteolis exsertis concavo-trigonis extus dorso incrassato cinereo- vel rufo-villosis intus pallidis pilosulis; achaenio (Fig. 9 *B*) omnino pallido, ala obliqua.




Fig. 9. *A*, *B* *Casuarina glauca* Miq. *A* Strobilus. *B* Achaenium. — *C*—*E* *C. Huegeliana* Miq. *C* Amentum ♂; *D* Strobilus. *E* Achaenium. — *F* *C. Fraseriana* Miq. Rami cum strobilis.

Hab. per distr. Coolgardie, Avon, Irwin praecipue in depressis lutoso-arenosis vel argillaceis. Habemus eam etiam a Swan Riv. juxta ripam, ubi jam cl. Preiss collegerat.

Adnot. *C. obesae* Miq. typum a nobis examinatum *C. glaucam* veram referre, non ad *C. Huegelianam* vergere (cf. B. VI. 197) censemus.

Casuarina Huegeliana Miq. (B. VI. 196).

Arbor dioica ramis pendulis; internodiis tenuibus angulato-sulcatis in sulcis pilosulis scabriusculis sub dentibus luteolis; dentibus 8—9 subpatulis fuscis glabris; amenti ♂ (Fig. 9 *C*) angustissimi elongati internodiis 25—40 subcampanulatis pilosulis inter dentes coalitos sulcatis basi subito constrictis dentibus suberectis vel leviter extrorsum divergentibus; strobilo (Fig. 9 *D*) subsessili subgloboso vel ellipsoideo circ. 10-sticho;

bractea mucronata brevissima; bracteolis demum alte connatis partis liberae dorso convexo extus atro-purpureo laevi subnitente intus fulvis pilosulis; achaenio (Fig. 9 *E*) atrofusco ala pallida obliqua. — *C. strictae* Ait. valde affinis.

Hab. in distr. Avon pr. oppidum York (Preiss 2006); eodem fere loco in arenoso-lutosis silvarum *Eucalypti reduncae* (D. 2422, 2912), in distr. Eyre in depressis glareoso-lutosis rivi West Riv. flor. m. Oct. (D. 4901).

Forma conis majoribus ramisque paulo crassioribus insignis adest in distr. Darling pr. urbem Perth in silvis apertis arenosis.

Casuarina campestris Diels n. sp.

Frutex dioicus, ramis permultis erectis; internodiis glaucis vel lutescenti-viridibus striatis sub dentibus luteolis; dentibus circ. 8 fuscescentibus nigro-acuminatis obsolete ciliolatis adpressis; amenti ♂ (Fig. 10 *B*) internodiis 10—20 dense imbricatis vix constrictis, dentium connatorum apicibus liberis ciliatis dorso fuscescentibus; strobilo (Fig. 10 *A*) subsessili ellipsoideo circ. 8-sticho; bractea minuta; bracteolis exsertis dorso convexis atropurpureis pubescentibus demum glabratis nondum fissis sed saepe sulca quadam sub apice signatis (Fig. 10 *D*, *E*), intus fulvis pilosulis; achaenio atrofusco, ala hyalina obliqua.

Frutex 1—2 m alt.; internodia 0,6—0,8 cm long.; amenta ♂ 1,5—2,5 cm long. strobilus 2,5—4 cm × 1,5—2 cm.

Hab. in distr. Avon pr. Moore River pr. Mogumber in arenoso-lutosis fruct. m. Mart. (D. 2608) pr. Watheroo gregaria flor. ♂ m. Jun. (D. 3026) fruct. m. Dec. (D. 2038), in distr. Irwin pr. Greenough River juxta pontem Mullewensem in lutoso-arenosis gregaria flor. m. Jul. (D. 2107).

Quae species in lutoso-arenosis vel glareosis distr. Avon et Irwin valde distributa atque gregaria *C. distylam* appropinquare videtur, a qua structura amentorum ♂ breviorum nec non strobilorum bracteolis separatur.

Casuarina Fraseriana Miq. (B. VI. 199).

Arbor dioica, ramis pendulis vel apicem versus rursus porrectis; internodiis angulato-sulcatis glabris sub dentibus pallidis; dentibus 8—6 pallidis vel fuscescentibus subpatulis margine obsolete ciliolatis; amenti ♂ angustis elongatis, internodiis 40—60 imbricatis infundibuliformi-campanulatis levissime sulcatis dentibus breviter late-triangularibus; strobilo (Fig. 9 *F*) sessili depresso-cylindrico utrinque truncato 6—8-sticho; bractea demum inconspicua; bracteolis alte connatis, partis liberae dorso extus verrucis pyramidatis aspero cinereo-pubescente, intus pallidis fulvo-pubescentibus; achaenio atro-fusco, ala hyalina obliqua.

Hab. in distr. Darling pr. urbem Perth in silvis apertis arenosis ♂ flor. Jul. (D. 3136) ♀ (D. 1573); in distr. Warren pr. Vasse Riv. in silvis *Eucalypti marginatae* apertis arenosis frequens atque insignis (D. 2674).

Adnot. Inter species arboreas strobilo verrucoso-rugoso facile cognoscitur.

Casuarina distyla Vent. (B. VI. 198).

Frutex, ramis erectis vel procumbentibus; internodiis tenuibus glaucis vel lutescenti-viridibus angulato-sulcatis adspectui glabris; dentibus 7 ramulorum majorum patulis, graciliorum adpressis pallidis; amenti ♂ gracilis internodiis 10—25 basi constrictis subcampanulatis dentibus leviter connatis apice triangulari liberis subadpressis; strobilo (Fig. 10 *F*) subsessili vel ramulum valde abbreviatum terminante cylindrico saepe apice coma internodiis sterilibus effecta coronato 7-sticho; bractea dorso pubescente prominente e basi valde dilatata in apiculum acuminatum bracteolas fere aequantem producta; bracteolis in lamellas duas extus purpureas laeves intus




Fig. 10. *A—E Casuarina campestris* Diels. *A* Rami cum strobilis. *B* Amentum ♂. *C* Flos ♂. *D* Bracteola a latere visa, *E* flos ♀ ad verticem visus. — *F—H C. distyla* Vent. *F* Strobilus. *G* Bracteola a latere visa. *H* Pseudocarpium ad verticem visum. — *J—L C. bicuspidata* Benth. *J* Strobilus. *K* Bracteola a latere visa. *L* Pseudocarpium ad verticem visum.

fulvo-pubescentes, exteriorem incrassatum breviorem interiorem angustiorem, fissis (Fig. 10 *G*, *H*), achaenio atro-fusco, ala pallida obliqua.

Hab. pr. fretum King George Sound in dunis arenosis prostrata flor. m. Mart. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 238 [♂], 239 [♀], D. 2350); in distr. Warren juxta fl. Gordon Riv. in fruticetis apertis arenosis (D. 2624).

Adnot. Quae species cum Australiae orientalis partibus meridionalibus communis non nisi per districtus australiores pervulgata videtur.

Casuarina bicuspidata Benth. (B. VI. 202).

Frutex ramis erectis, internodiis glaucis tenuissime sericeis ad lineas

puberulis sub dentibus paulum incrassatis luteis; dentibus circ. 10 atrofuscis setaceis adpressis demum fragilibus ciliatis; amentis ♂ maturis nondum cognitis; strobilo (Fig. 10 *J*) ramulum valde abbreviatum terminante ellipsoideo, circ. 10-sticho; bractea prominente e basi dilatata in apiculum setaceo-acuminatum bracteolas subaequantem producta; bracteolis longe exsertis in lamellas duas spinoso-acuminatas fissis (Fig. 10 *K*, *L*) praeter acumina glabrata atropurpurea cinereo-pubescentibus intus fulvis puberulis; achaenio atro-fusco, ala pallida obliqua styli basi coronata.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Southern Cross in collibus schistosis lapidosis in fruticetis apertis fruct. m. Nov. (D. 1718).

Adnot. Specimina mascula ulterius quaerenda.

Casuarina trichodon Miq. (B. VI. 196).

Frutex rigidus ramis permultis erectis; internodiis octocostulatis laevibus in sulcorum medianis minute sericeis ceterum glabris laevibus laeteviridibus sub dentibus pallidis, dentibus 8—9 patulis basi fuscis apice elongata piliformi albidis subtortis mox delitescentibus nonnunquam ciliolatis; amenti ♂ anguste cylindrico internodiis imbricatis circ. 20—25, dentibus basi ciliatis divaricato-recurvatis; strobilo sessili, ellipsoideo-cylindrico 8—9-sticho; bractea e basi lata dorso albo-pilosula in setam bracteolas aequantem deciduam producta; bracteolis in laminas 2 subconformes convexas apice breviter mucronatas extus pubescentes fissis intus fusco-pubescentibus; achaenio atro-fusco, ala hyalina obliqua.

Hab. in distr. Stirling pr. Cape Riche in colle quem vocant »M. Melville« (Konkoberup) in rupestribus fruticosis cum floribus ♂ novellis m. Nov. (Preiss 2001); fructif. m. Jul. (D. 3484).

Adnot. Species singularis adhuc uno, quem supra diximus, loco collecta. Amenta ♂ matura ulterius quaerenda. — Descriptio strobili in Benth. Fl. Austr. VI. 196 (conis speciei cujusdam diversae falso usa) a *C. trichodon* Miq. removenda est.

Casuarina humilis Otto et Dietr. (B. VI. 200).

Frutex per Australiam occidentalem extratropicam pervulgatus in lutoso-arenosis vel arenosis per districtus Austin (haud procul a munic. Menzies, D. 5185!), Irwin, Avon, Darling, Warren, Stirling, Eyre ubique invenitur.

Casuarina Drummondiana Miq. (B. VI. 201).

Descriptioni addendum:

Frutex divaricato-ramosissimus; strobilis ad ramos sessilibus breviter ellipsoideis 10-stichis; bracteolis haud exsertis dorso lato verrucoso-areolatis; achaenio cuneiformi apice ala subhyalina lata brevi, lateribus et imprimis basi pilis subappressis pallide rufescentibus ornato (Fig. 11 *C*, *D*).

Frutex 0,5—1 m alt. Strobilus 1,5 × 1,2 cm; achaenium 2,5 × 4 mm; ala 1 × 3,5 mm.

Hab. in distr. Irwin maxime meridionali pr. Watheroo in lutoso-glareosis flor. m. Jul. (D. 2126, 2126[a]). — Plantam insignem a cl. Drum-

MONDIO in eadem fere regione, non »versus Cape Riche«, ut cl. BENTHAM putabat, collectam existimamus.

Strobilus ab eo *C. microstachyae* bene distinctus, achaenium pilis multo brevioribus praeditum.

Casuarina microstachya Miq. (B. VI. 201).

Descriptioni addendum:

Frutex dioicus; — achaenio parvo ovoideo apice pilosulo ala angusta marginato, basi et lateribus fasciculis 4 pilorum longorum ruforum subpatentium pappi fere modo ornato (Fig. 11 *E*).

Hab. in distr. Darling pr. Serpentine Riv. in fruticulosis arenoso-lutosis (D. 2566); in distr. Stirling pr. Cranbrook (E. PRITZEL Pl. Austr.




Fig. 11. *A*, *B* *Casuarina humilis* Otto et Dietr. Achaenium. — *C*, *D* *C. Drummondiana* Miq. Achaenium. — *E* *C. microstachya* Miq. Achaenium. — *F*—*H* *C. thuyoides* Miq. *F* Strobilus. *G* Bracteola. *H* Achaenium. — *J*—*M* *C. grevilleoides* Diels. *J* Ramulus florifer ♂. *K* Ramulus juvenilis. *L* Ramulus adultus. *M* Stamen.

occ. 690); in distr. Eyre inter Hammersley- et West Riv. in fruticetis arenosis (D. 4800!).

Adnot. Adsunt formae amentis ♂ in verticillis 1—4 ad ramulos elongatos quasi paniculam amplam efformantibus sessilibus insignes; e. g. inveniuntur in distr. Darling pr. Maddington (PREISS 1999 in hb. Berl.!; in distr. Avon haud longe a flum. Moore Riv. pr. Gillingarra (E. PRITZEL Pl. Austr. occid. 734), pr. Victoria plains in lutoso-glareosis frequens (D. 3998).

Differunt a typo humili ramosissimo ramulis brevibus insigni statura altiori, ramulis spicigeris plerisque elongatis spiculas axillares complures sessiles gerentibus. Formae ulterius observandae.

Casuarina thuyoides Miq. (B. VI. 202). — cf. Fig. 11 *F—H.*

Fruticulus monoicus glaucescens raro laete-viridis.

Hab. in distr. Stirling ad montes ipsos (D. 4635); ad eorum pedem occidentalem in arenosis una cum *C. humili* Otto et Dietr. flor. m. Maj. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 340. D. 2965); pr. Cape Riche (A. Moir commun.!).

Casuarina grevilleoides Diels n. sp. — Fig. 11 *J—M.*

Frutex humilis ramosissima caulibus erectis, ramis ramulisque confertis quaternato-verticillatis 2—3-articulatis, membro ramulorum infero perbrevi in dentes quatuor breves saepe marcescentes desinente, supero inarticulato elongato folium teres tenuissime-sulcatum interdum leviter falcatum imitante, internodiis novellis albo-lanuginosis (Fig. 11 *K*) omnibus pubescentibus; internodiis amentigeris valde abbreviatis; amentis ♂ in axillis dentium congestis saepe quaternis brevibus (Fig. 11 *J*), amentorum internodiis brevissimis levissime inflatis squamis subovatis pubescentibus; strobilo perfecto non viso.

Frutex quam 25 cm vix altior; membrum foliaceum 1,5 × 0,07 cm; amenta ♂ usque ad 5 mm long., articula circ. 1,5 mm long.

Hab. in distr. Avon ad Moore River in collium quos vocant Babilon Hills cacumine quodam rupestri-lapidoso fruticetis humillimis occupato flor. m. Aug. exeunt. (D. 4019).

Strobilo maturo non viso ut affinitatem perspicias fieri non potest. Tamen *C. grevilleoidem* ob ramificationis structuram insignem nulli magis quam *C. acuariam* F. v. M. accedere existimamus, a qua ramulis amentisque pubescentibus amentorumque brevissimorum squamis subovatis praeter minora differre videtur.

Proteaceae.

Petrophila R. Br. (B. V. 319.)

System: Die Gattung besteht, soweit der Blütenbau in Betracht kommt, aus wenigen Typen, die in Benthams Gliederungs-Versuch (B. V. 319—321) leidlich gut zum Ausdruck kommen. Am ursprünglichsten scheinen die ganz nahe stehenden Gruppen *Symphyolepis*, *Petrophyle* und *Hebegyne* zu sein. Denn sie besitzen noch einen wenig komplizierten Bau des Griffels, auch zeigen manche Arten (z. B. *P. circinata*) entschiedene Anklänge an *Isopogon.*

Verbreitung: Es ist bedeutsam, daß nur diese minder spezialisierten Typen in Ostaustralien vertreten sind, und daß ihre Verbreitung in Westaustralien in den inneren Gebieten und im Südosten, also jenseits der typischen Südwest-Region, die intensivste ist. Wenngleich also in der Gegenwart die westlichen und östlichen Areale voneinander weit getrennt sind, so scheint doch die heutige Verbreitung noch an ihren früheren Zusammenhang zu erinnern. Heute aber fehlt die Gattung in der ganzen Eremaea.

Die Sektionen *Xerostole* und *Arthrostigma* sind für die feuchteren Teile der Südwest-Region sehr bezeichnend. Wie so viele Gruppen dieser Flora sind sie von Cape Arid an bis zur Sharks-Bay in einer Menge lokaler und sich gegenseitig ausschließender Formen vertreten.

Vorkommen: Die Gattung hat eine große Vorliebe für den eisenhaltigen Konglomerat-Boden, der die Granitfeste in Westaustralien so weithin überlagert. Man geht kaum fehl, wenn man $^3/_4$ aller Formen auf dieser Unterlage erwartet. In den waldigen Gebieten des Südens leben sie verstreut im Unterholz: z. B. *P. diversifolia* mit ihrem eigentümlich geschnittenen Laube, das den schattenreichen Wohnort verrät. Die Mehrzahl der Arten jedoch liebt starke Belichtung, so daß gegen die Grenzen des Waldgebietes die Vielförmigkeit der Gattung in raschem Tempo ansteigt. Den Gipfel der Entfaltung findet sie in den Gegenden, wo der Baumbestand sich völlig auflöst. Dort bedecken sie in gedrängter Individuen-Fülle ganze Flächen und verraten durch Farbe und Geruch zur Blütezeit schon von weitem ihren Standort. Es sind meist niedrige, selten mehr als meterhohe Büsche mit reichlicher Verzweigung. Die in rosaroten und gelben Schattierungen gefärbten Blüten kommen und gehen fast allgemein in der zweiten Hälfte der Regenzeit.

Auf Sandboden sind eigentümliche *Petrophila*-Arten weniger zahlreich entwickelt. Die eigenartige *P. semifurcata* scheint eine echte Psammophile zu sein, die ein sehr beschränktes Areal bewohnt. Wahrhaft bezeichnend aber für die baumlosen Sandgebüsche des Binnenlandes ist der Kreis der *P. ericifolia*. In den lichten Sandwäldern des südwestlichen Vorlandes spielt *P. linearis* eine nicht unerhebliche Rolle, um so mehr, als sie auffallend spät zur Blüte gelangt.

Ganz in den Hintergrund tritt *Petrophila* auf dem dauernd feuchten Boden: die sehr unansehnliche *Petrophila acicularis* findet sich dort; *P. juncifolia* haben wir auf lehmigen Alluvionen bemerkt.

Petrophila sp.

Vidi specimen in hb. Melbournensi speciei novae floribus nondum adultis descriptioni non idoneum. Insigne est bracteis conique scalis valde elongatis linearibus acutis coriaceis fuscis exterioribus apice reflexis, stylo fusiformi sub apice brevissime pilosulo, foliis eis *P. teretifoliae* similibus, sed brevioribus apice saepe decurvis. Quae forma ulterius observanda collecta est trans summum Blackwood River a Miss Cronin.

Petrophila longifolia R. Br. (B. V. 322).

Flores ochroleucos *Hyacinthum orientalem* redolentes gignit.

Petrophila media R. Br. (B. V. 322).

Plerisque locis flores flavos gignit. Flores rosei vero nascuntur in collibus calcareis sublitoralibus e. g. prope districtum »Greenough Flats« dictum flor. m. Sept. (D. 4244).

Petrophila media R. Br. var.

In regionibus et interioribus et magis borealibus folia rigidiora, breviora, saepe patentia nec non flores multo minores, breviores, pallidiores exhibet. Quibus rebus autem multis formis transeuntibus connexis varietatem distinctam proponere difficile est. Qualia specimina nobis adsunt haec:

Ex distr. Avon pr. Tammin in arenosis fruticulosis flor. m. Oct. (D. 6100); ex distr. Irwin a Northampton septentrionem versus in arenosis aridis fruticulosis deflor. m. Nov. (D. 5654); inter flum. Murchison Riv. et sinum Sharks Bay (F. v. Müller in hb. Melbourne!).

Petrophila acicularis R. Br. (B. V. 323).

Jam statu juvenili anni primi florere videtur. Qualia specimina a cl. Meissner primum distincta [»caulis nunc simplicissimus, penna corvina vix crassior, apice monocephalus, foliis tenuibus brevioribus (2—3-pollicaribus)« Pl. Preiss. I. 494] in arenosis humidis subhumosis una cum *Cephaloto*, *Restionaceis* etc. nonnunquam inveniuntur (D. 2190).

Petrophila megalostegia F. v. M. (Fragm. X. 61).

Stirps pulchra a Drummondio loco ignoto detecta nunc aliquoties reperta in distr. Irwin pr. Mingenew in glareoso-arenosis fruticulosis flor. m. Sept. (D. 6053); pr. Greenough Riv. juxta pontem Mullewensem locis simillimis flor. m. Sept. (D. 4189).

Petrophila linearis R. Br. (B. V. 323).

Fruticulus speciosissimus 25—75 cm alt., foliis glauco-viridibus, perianthio roseo, stigmate scarlatino pilis flavis ornato praeditus in silvis apertis arenosis litoris occidentalis usque ad riv. Moore Riv. pervulgatus (nec non circum urbem Perth communis) m. Oct. et Nov. floret.

Petrophila biloba R. Br. (B. V. 324).

Ab autoribus nondum perspecta amplius cum *P. propinqua* R. Br. et *P. squamata* R. Br. confusa est. Ab utraque differt statura procera (1—2 m alt.), caule stricto minus ramoso, perianthio roseo (non sulphureo) pilis albis vestito. Stigma aurantiacum.

Hab. in distr. Darling in collibus exterioribus montium Darling-Range pr. flum. Swan Riv. in calculosis sublimosis praecipue inter rupes graniticas flor. m. Sept. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 508!, D. 4086) fruct. m. Febr. (D. 2445).

Petrophila divaricata R. Br. (B. V. 326).

Frutex glaucescens per districtus australes pervulgatus septentrionem versus trans Moore Riv. progreditur. Vidimus in collibus glareosis prope Mogumber m. Aug. flor. (D. 4022).

Petrophila serruriae R. Br. (B. V. 327).

Quae species rigida locis siccis non infrequens, cum saepius luteiflora observetur, in calcareis litoralibus occidentalibus perianthium roseum exhibet, eodem modo, quo *P. media* supra commemorata (p. 131) erat notabilis.

Petrophila ericifolia R. Br. (B. V. 331).

Cuius typi formae ulterius sunt investigandae. Var. *glabriflora* Benth. l. c. mihi incognita; in eisdem autem montibus Stirling Range collegi formam fructiferam ab omnibus speciei formis distinctam, quae fortasse ad var. *glabrifloram* spectat (D. 4692).




Fig. 12. *A—F Petrophila ericifolia* R. Br.: *A* Rami floriferi pars anterior. *B* Flos dissectus. *C* Stamen. *D* Stigma. *E* Conus. *F* Fructus juvenilis. — *G—K Petrophila scabriuscula* Meissn.: *G* Ramuli floriferi. *H* Flos dissectus. *J* Stamen. *K* Stigma.

Petrophila scabriuscula Meissn. (B. V. 331).

Quanta propinquitate *Petrophila scabriuscula* Meissn. (Pl. Preiss. I. 495) *P. ericifoliam* typicam contingat adhuc minime constat. Utriusque discrimina (cf. Fig. 12) a cl. Meissner l. c. dilucide exposita a cl. Bentham Fl. Austr. V. 331 rursus confusa sunt. *P. ericifolia* typica inter alia

foliis magis adpressis saepe glabratis bracteis exterioribus conique scalis inferioribus dilatatis glutinosis cognoscenda in regionibus australioribus pervulgata videtur. In districtus Avon arenosis observatur non infrequens (e. g. pr. Tammin fl. m. Jul., E. Pritzel Pl. Austr. occ. 476!), ubi uno eodemque loco in *P. scabriusculam* incurrit, quae ibi autem duobus fere mensibus tardius i. e. m. Octobr. flores expandit. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 761, D. 5087). — A rivo Moore Riv. septentrionem versus *P. scabriuscula* sola versari videtur; collecta est in distr. Irwin pr. Irwin Riv. fl. m. Aug. (D. 3597).

Petrophila seminuda Lindl. (B. V. 333).

Est planta habitu admodum variabilis; forma rigida humilior locis glareosis lutoso-arenosis riv. Moore River adjacentibus gregaria notatur. Florum odor offendit.

Petrophila circinata Kipp. (B. V. 333).

A Mrs. Sewell ex distr. Avon (M. Caroline) allata.

Isopogon R. Br. (B. V. 336).

Verbreitung: Die mit *Petrophila* so eng verwandte Gattung steht ihr auch in ihrer Verbreitung ganz nahe: Das ostaustralische Areal ist weit vom westlichen getrennt, die Zwischenzone enthält keine Vertreter, auch diese Gattung fehlt der Eremaea.

Alle Gebiete jenseits der 40 cm-Regen-Linie sind schon ganz arm an *Isopogon*. Die Gattung tritt dort noch mehr in den Hintergrund als schon *Petrophila*: der hochgradige xeromorphe *I. scabriusculus* aber findet sich noch hart an der Grenze der Südwest-Region. — Die Gliederung der Gattung im Südwesten liefert wiederum eine Menge mehr oder minder differenzierter Formen, die in der Verbreitung sich ausschließend für einander vikariieren (Beispiel: *I. trilobus*, *I. tripartitus*, *I. longifolius* R. Br.)

Vorkommen: In ihren Lebens-Bedürfnissen beweist *Isopogon* durchaus ihre Ebenbürtigkeit mit *Petrophila*. Auch hier liefern die lichteren Waldungen des Südens auf Konglomerat-Boden die schönsten und vegetativ am besten entwickelten Arten. Auch hier haben die Gebüsch-Formationen der anstoßenden trockenen Landschaften eigene Arten, die durch geselliges Auftreten hochbedeutsam werden. Der prächtige *I. roseus* z. B. gibt am Moore River dem Gebüsche stellenweise die Signatur gegen den Schluß der Regenzeit.

Sandige Böden sind namentlich im Bereich der Südküste gut mit *Isopogon* ausgestattet. Der Formenkreis der *I. trilobus* bildet dort z. B. ein charakteristisches Element.

Isopogon alcicornis Diels n. sp. — Fig. 13.

Caule e rhizomate crasso subreptante orto abbreviato; foliis sub spicis aggregatis petiolatis inferis indivisis oblanceolatis vel late linearibus



Fig. 13. *Isopogon alcicornis* Diels: *A* Habitus. *B*, *C* Scalae. *D* Perianthium. *E* Segmenti partis anterioris latus interius. *F* Styli apex. *G—J* Fructus juvenilis.

mediis superisque irregulariter furcatis divisisve saepe divaricato-tripartitis omnibus rigidi-coriaceis utrinque pilis brevibus flexuosis dense obtectis spicas pluries superantibus; bracteis sterilibus paucis inconspicuis; spicis primo terminalibus multifloris ovoideis vel ellipsoideis crassis densis pallide sulphureis; perianthio (Fig. 13 *D*) scalam ovato-lanceolatam coriaceam extus albo-tomentosam intus glabram superante tenui, limbi laciniis demum reflexis (intus purpurascentibus?); stylo basi sparse piloso supra glabro, »stigmate« (Fig. 13 *F*) e basi leviter incrassato subfusiformi; fructu (basi longe comoso) maturo non viso.

Tota planta 25—40 cm alt.; folia cum petiolo 5 cm long. circ. 20 cm longa, indivisa circ. 1 cm lat., divisorum segmenta latit. variab. (3—8 mm). Spica 5 × 4 cm; bracteae 7 × 3 mm; perianthii tubus 1,2—2 cm long.; limbi laciniis 6 mm long.; stigma 3 mm long.

Hab. in distr. Eyre a sinu Esperance Bay circ. 45 km septentrionem versus in arenosis fruticulosis flor. m. Octob. exeunt., Nov. (D. 5331).

Stirps admodum singularis nulli nisi *I. villoso* Meissn. affinis, a quo differt foliis latioribus planis, coni scalis ovato-lanceolatis non longe-apiculatis; cono maturo incognito affinitas ulterius investiganda.

Isopogon teretifolius R. Br. (B. V. 345).

Floribus pallide roseis albidisve styloque aurantiaco ornatus distributione geographica notabilis, cum a regionibus subhumidis sinui King George Sound adjacentibus [e. g. ad latera M. Melville (D. 2707, 5559)] septentrionem versus in arenosa interiora a rivo Avon R. orientem spectantia progrediatur [e. g. in planitiem Quangen Plains Preiss, in loc. accurat. non indicat. Sayer in hb. Melbourn.!].

Isopogon scabriusculus Meißn. (B. V. 349).

Est fruticulus $^1/_2$—$^3/_4$ m. alt. horridus.

Hab. in distr. Avon haud procul a Mt. Caroline pr. Youndegin (Alice Eaton in hb. Melbourn.!) eisdem regionibus pr. Tammin in arenosis sublutosis fruct. m. Maio, flor. m. Octob. (D. 2863, 5083).

Simsia R. Br. (Stirlingia B. V. 356).

Verbreitung und Vorkommen: Die Gattung ist in West-Australien endemisch und streng auf ihre Südwest-Region beschränkt. Dort kommt sie in lichten Busch-Formationen auf Kies und Sand recht häufig vor. Bezeichnend für die Südküste ist der Formenkreis der *S. tenuifolia*. Noch wichtiger aber wird vom King George Sound westlich rund um die Küste bis zum Murchison River die *Simsia latifolia*. Sie hat ganz den Habitus einer Composite und gehört durch Häufigkeit und Geselligkeit zu den Charakterpflanzen auf armem, sandigem Boden.

Adenanthos Lab. (B. V. 350).

System: Von den beiden Sektionen, die Bentham unterscheidet, ist *Eurylaema* als die abgeleitete zu betrachten. Die Unterdrückung der unteren Anthere ist nämlich schon bei einigen Spezies von *Stenolaema* vorbereitet.

Verbreitung: *Adenanthos* geht nicht in die eigentliche Eremaea hinein, erstreckt sich aber an der Südküste Westaustraliens so weit nach Osten, wie man sie bis jetzt überhaupt kennt. Die beiden einzigen Arten, die in das westliche Stück von Ostaustralien hineinreichen, gehören dem auch in Westaustralien am weitest verbreiteten Typus an. Es ist nicht ausgeschlossen, daß ein schmales Band längs der Großen Bay zwischen West und Ost noch heute besteht: das werden spätere Forschungen zu entscheiden haben.

In Westaustralien selbst stehen die trockenen Teile der Südküste (Distr. Eyre und Stirling) allen übrigen an Mannigfaltigkeit ihrer *Adenanthos*-Flora (12 Arten) voran. Sie äußern ihren Einfluß namentlich in rein nördlicher Richtung noch in weiter Erstreckung: die neue *A. argyrea* des Avon-Distr. ist systematisch eine Fortsetzung der südlichen Flora. In den Waldgebieten des Westens dagegen verlieren sie rasch ihre unmittelbare Bedeutung: der *Sericea*-Typus zwar umzieht in vorwiegend litoraler Verbreitung die Waldlandschaften und gelangt nordwestlich davon zu neuer Bedeutung (*A. cygnorum*). Im übrigen aber erscheint die südöstliche Facies ersetzt durch die *Eurylaema*-Sektion, die mit drei Arten den Schwerpunkt der Verbreitung im Distr. Darling besitzt und dort ein häufiges Floren-Element vorstellt.

Vorkommen: *Adenanthos* ist zwar weniger reich gegliedert, als andere Proteaceen-Gattungen Westaustraliens, gehört aber als Vegetations-Element zu den wichtigen Typen der Familie.

Große Bedeutung gewinnt sie schon in den Dünen-Formationen des Südens durch *Adenanthos sericea.* Am King George Sound erreicht diese Art baumartige Dimensionen und bietet in ihrer Koniferen-Tracht und in der düsteren Färbung ihres Laubes schon der oberflächlichen Betrachtung ein auffallendes Objekt in der Szenerie des Strandes.

In den Alluvien des Vorlandes spielt *A. obovata* eine große Rolle. Vom King George Sound an bis mindestens zum Swan River sieht man den lebhaft frischgrünen Busch höchst verbreitet, am meisten auffallend zur Blütezeit, wenn sein hochrotes Perigon sich erschlossen hat. Die Pflanze blüht erst nach der Regenzeit, wie ihre Verwandte im Unterholz der Jarrawälder (*A. barbigera*), die man den ganzen Sommer über in Blüte findet.

In den offenen Strauch-Formationen des Sandlandes stehen sich die *Adenanthos*-Floren des Nordwestens und des Südostens gegenüber. Im Nordwesten herrscht *A. cygnorum*, die schon in den aufgelockerten

Jarrawäldern am Swan River beginnt und von dort mindestens bis zum Murchison River nördlich reicht. Doch haben wir sie selten weiter als etwa 50 km von der Küste gesehen.

Der Südosten ist der Bereich der *A. cuneata.* Der niedrige Strauch mit seinem prächtig silbergrauen, in der Jugend stark geröteten Laube beginnt schon westlich von King George Sound, wo er allgemein vorkommt, und zieht sich dann bis über Cape Arid hinaus; noch bei Esperance Bay sahen wir ihn massenhaft auf den Sandflächen. Es ist eine wahre Charakter-Pflanze des südöstlichen Sandlandes.

Adenanthos cygnorum Diels n. sp.

Adenanthos apiculata Meißn. in Pl. Preiss. I. 514, non R. Br.

Adenanthos sericea Benth. Fl. Austr. V. 354 pro parte, non Labill.

Hab. in distr. Darling: »Swan River« (Drummond I. ex Meißn. l. c.) in arenosis juxta oppidum Perth (Preiss 787 in hb. Berol.!) eodem loco in silvis apertis arenosis fl. m. Dec. 1900 (D. 1974); in distr. Avon pr. Moore Riv. inter Moora et Dandarragan in fruticosis glareoso-arenosis fl. m. Dec. 1901 (D. 5765); in distr. Irwin: pr. Hutt Riv. septentrionem versus in arenosis sublitoralibus hinc inde gregaria steril. (D. 5714).

Cuius speciei per regiones litorales boream vergentes communis ab *A. sericea* Lab. litoris australis habitu simillima differentiae jam a cl. Meissner in Pl. Preiss. I. 514 squ. expositae. Accedit florum color, qui est pallide roseus, non coccineus.

Adenanthos filifolia Benth. (B. V. 355).

Frutex 1,5 m. alt. ramis subverticillatis horizontaliter patentibus notabilis. Flores pallide sulphurei m. Oct. nati. Species adhuc non nisi in montibus Stirling Range observata (D. 4689).

Adenanthos Drummondii Meissn. (Pl. Preiss. I. 514).

Fruticulus humilis (ca. 30 cm alt.) floribus coccineis ornatus in distr. Avon pr. Moore River pr. Mogumber in arenosis fruticulosis flor. m. Mart. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 290, D. 2594).

Adenanthos argyrea Diels n. sp.

Fruticulus humilis verticillato-ramosus; foliis confertis appressis breviter petiolatis tripartitis segmentis teretibus integris vel lateralibus raro bifidis omnibus argenteo-sericeis glandula apicali laterali conspicua nigrescente instructis; foliis floralibus ceteris sublongioribus; floribus paucis terminalibus longe exsertis scarlatinis; bracteis compluribus imbricatis; perianthio extus piloso intus glabrato, limbi lobis intus sub anthera parce barbatis; stylo glabro demum longe exserto; stigmate e basi subincrassata conico-attenuata.

Folia 4—6 mm long., floralia usque ad 8 mm long.; segmenta circ. 0,5 mm lata; perianthium ca. 1,5 cm long.; stylus 2—2,4 mm long.

Hab. in distr. Stirling: 150 km a montibus Stirling Range septentrionem versus flor. (Muir 1879, in hb. Melbourn.!, hb. Berol.!), in distr.

Avon inter York et Hampton Plains flor. (Sayer et Carlson 1888, in hb. Melbourn.!); pr. Tammin in arenosis fruticulosis flor. m. Jul. (leg. E. Pritzel, D. 3559).

Species *A. flavidiflorae* proxima foliis parvis (omnium congenerum minimis) glandulosis, floribus compluribus scarlatinis vel cinnabarinis, perianthio breviore diversa. Ab *A. Drummondii* Meissn., cuius florum colore simillima, abhorret foliorum segmentis multo brevioribus, crassioribus, floribus folia floralia longe superantibus, limbi lobis intus parce barbatis.

Adenanthos apiculata R. Br. (B. V. 356).

A cl. Bentham l. c. falso cum *A. Drummondii* Meissn. confusa. *A. apiculata* R. Br. litori australi propria videtur; est fruticulus silvaticus laxus omnino procumbens: ramis fere flagelliformibus, foliis tenuibus fere glabratis longioribus, perianthio viridi limbo violascente ornato facile recognoscitur (Kalgan River [F. v. Müller in hb. Melbourn.!] King George Sound septentrionem versus pr. m. Wuljenup (Preiss 589 in hb. Berol.!) eodem fere loco in silvestribus glareosis — flor. m. Sept. (D. 4381).

Synaphea R. Br. (B. V. 359).

Verbreitung und Vorkommen: Dieser ganz isolierte Endemismus der westaustralischen Flora beschränkt sich wie *Simsia* streng auf die Südwest-Region, besetzt sie aber ebenso vollständig. Seine Ansprüche an Boden und Klima scheinen ähnlich; höchstens mag *Synaphea* im echten Waldgebiet des Südwestens etwas besser vertreten sein.

Conospermum Sm. (B. V. 362).

System: Diese epharmonisch sehr vielseitige Gattung zerfällt nach der Infloresсenz und dem Bau des Perigons in einige sehr ungleiche Gruppen, die Bentham Fl. Austr. V. 363 schon andeutet. Seine Sektion *Isomerum* muß zweifellos aufgelöst werden: *C. capitatum* und *C. petiolare* würden zusammenzufassen sein als Sekt. *Capitatae*. *C. teretifolium* hätte als eigene Sektion zu gelten. *C. flexuosum*, die für R. Brown die monotypische Sektion *Isomerum* bildete, wäre auf ihre Beziehungen zu der Hauptgruppe der Gattung näher zu prüfen.

In Benthams *Euconospermum* machen sp. 5—25 den Kern der Gattung aus. Die hergehörigen westaustralischen Arten stehen sämtlich in naher Beziehung zu einander. — Die verbleibenden Spezies (26—33 bei Bentham, Fl. Austr. V. 364) könnten als *Trichanthae* vereint werden: auch sie hängen so eng mit einander zusammen, daß sie der Klassifikation große Schwierigkeiten bereiten. Wir hatten den Eindruck, als sei die von Bentham angenommene Gruppierung dieser schönen Formen noch recht verbesserungsfähig, und die geographische Verbreitung hat uns darin bestärkt.

Verbreitung: Die eben kurz umschriebenen Sektionen besitzen sämtlich eine charakteristische Verbreitung in Westaustralien. *Euconospermum*

zunächst (im engeren Sinne) ist die einzige, welche auch in Ostaustralien vorkommt; es ist gleichzeitig auch die Gruppe, die sich in Westaustralien am weitesten in die Eremaea hinein erstreckt und noch bei 124° ö. L. konstatiert wurde (*C. Toddii* F. v. M. bei Victoria Spring). Dabei meidet sie, wie es scheint, in der Südwest-Region die feuchtesten Gegenden und greift wenig in das Jarra-Gebiet hinein. Viele Formen bergen aber die Übergangs-Zonen in ihren Gebüsch-Formationen auf Kiesboden. Aus dem Nordwesten des Irwin-Rivers liegen uns keine Angaben vor; der Typus dürfte dort fehlen. Dagegen kommen die *Trichanthae* daselbst noch ziemlich verbreitet vor. Sie stellen eine eigenartige und bedeutsame Eigenschöpfung Westaustraliens vor, deren Formen wohl höchstens in den feuchtesten Gegenden des Distr. Warren vermißt wurden. Im Distr. Darling finden sie sich bereits vielfach, aber lange nicht so häufig als in den Sandgebieten jenseits der 50 cm Regen-Linie. Die übrigen kleinen Sonder-Abteilungen der Gattung bewohnen engere Areale der typischen Südwest-Region, bilden also gewissermaßen einen Ersatz für die sonst dort geringe Vertretung der Gattung. Die *Capitatae* sind bis jetzt nur um den King George Sound gesammelt. *C. teretifolium* gehört zu den Charaktertypen des Distr. Warren und überschreitet ihn nur wenig nach Osten. Größtenteils deckt sich sein Areal mit dem Wohngebiet des *C. flexuosum*; aber die Ansprüche beider Arten sind etwas verschieden, *C. flexuosum* sucht offenbar den Schatten auf und fehlt daher östlich jenseits des Waldgebietes, dringt dafür aber im waldigen Oberlande bedeutend nördlicher als *C. teretifolium*.

Vorkommen: Über das Vorkommen und die Lebens-Gewohnheiten der Gattung belehren schon ihre Verbreitungs-Erscheinungen. Die meisten Arten lieben die lichten Formationen. Auf Sand bilden vor allem die *Trichanthae* höchst charakteristische Bestandteile der baumlosen, niedrigen Gebüsche. Jedem, der das Land kennt, sind sie vertraut als »Flannel-flowers«. Weite Strecken ihrer Formationen hüllen sie in ein weiches Weiß, wenn gegen den Schluß der Regenzeit ihre Blütenstände sich aus dem Gewirr des niedern Buschwerks erheben. Viel unscheinbarer sind gewöhnlich die auf gröberem Boden lebenden Euconospermen, und nur *C. amoenum*, in dem der Familie sonst so fremden lebhaften Blau der Blüten, bringt sich überall zur Geltung, wo es vorkommt.

Die streng südwestlichen Arten weichen im äußeren Aufbau mehr oder minder vom gewohnten Plane des Genus ab. Die *Capitatae* leben auf dem oft genannten so pflanzenreichen Konglomerat-Boden. Dort wurzelt auch *C. flexuosum*, die mit ihren hochgradig verzweigten Inflorescenzen oft meterhoch im Gebüsche umher klimmt. Inmitten der Regenzeit ist die sonderbare Pflanze stellenweise recht bezeichnend und fällt angenehm auf durch die Fülle ihrer kleinen weißen Blüten.

Genus pulchrum adhuc parum notum magnam praebet rerum investigandarum copiam.

Conospermum petiolare R. Br. (B. V. 365).

Inflorescentiae rami subcarnosi rosei; flores rosei inter folia abditi. Crescit in glareoso-arenosis silvarum subapertarum a sinu King George Sound septentrionem versus flor. m. Sept. (D. 4380).

Conospermum flexuosum R. Br. (B. V. 366).

Ramis inflorescentiae flexuoso-divaricatis ad 1—1,5 m altit. inter fruticeta scandit. A sinu King George Sound, ubi communis, per districtum Warren ad litus occidentale progreditur, ubi in tractu silvatico collium Collie Riv. certe attingit (teste Pritzel).

Conospermum amoenum R. Br. (B. V. 366).

Florum colore azureo delectat.

Conospermum leianthum Benth. emend.

(*C. polycephalum* Meissn. var. *leianthum* Benth. Fl. Austr. V. 368).

Fruticulus basi ramosus; foliis teretibus longissimis saepe incurvis: paniculae amplae ramis elongatis apice spicam globosam capituliformem gerentibus; bracteis late amplectantibus puberulis apice nigrescente ornatis: perianthii albi tubo puberulo limbi glabri labio supero ovato acuto basi excavato, labii inferi segmentis 3 brevioribus angustioribus.

Folia circ. 10—15 cm long., 1 mm lat.; bracteis 3 × 4—5 mm diamet.; perianthium 7—8 mm long.: tubus 3—4 mm long., labium superius 4 mm long., labii inferioris segmenta 2 mm.

Hab. in distr. Eyre: Stokes Inlet (Maxwell), Esperance Bay (Maxwell), ab Esperance Bay ca. 30 km septentrionem versus in lutoso-arenosis flor. m. Oct. et Nov. (D. 5334).

A *Conospermo polycephalo* differt inflorescentiae brevioris pedunculis saepe magis elongatis, floribus minoribus albis, labio supero parte inferiore, non sub apice excavato, labio infero non biauriculato. Propius *Conospermum Toddii* F. v. M. appropinquare videtur, a quo autem differt floribus majoribus, perianthii limbo glabrato, foliis inflorescentias non superantibus.

Conospermum Eatoniae E. Pritzel n. sp. — Fig. 14 *A—D*.

Fruticulus erectus glaberrimus, scapis e basi lignea plurimis teretibus copiose paniculate ramosis, ramis ac ramulis rectangulariter intricatis apice spinescentibus (Fig. 14 *A*) aut spiculam paucifloram gerentibus; foliis basilaribus raris petiolatis obovato-oblongis obtusissimis; caulinis minutissimis distantibus squamiformibus acuminatis; floribus intense coeruleis, bracteis (Fig. 14 *B*, *C*) tubo brevioribus florem amplectantibus brevissime acuminatis subglabris; tubo labia subaequante vel superante, labio supero concavo, labii inferi lobis brevibus angustis apice recurvis.

Fruticulus ca. 40 cm altus. Folia basilaria rarissima cum petiolo ca. 5 cm long., 8 mm lat., petiolo ca. 2 cm longo. Folia caulina squamiformia ca. 1 mm longa. Bractea ca. 1 mm longa, 2 mm lata. Perianthii tubus 3—4 mm long., labia ca. 4 mm longa.

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in arenosis fruticulosis fl. m. Oct. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. n. 757 sub »*C. aphyllum* E. Pritzel n. sp.« edita). Eadem in regione pr. vicum Youndegin coll. Miss Alice Eaton inter annos 1880—1885 (Vidi specimen indeterminatum in hb. Melbourn.!).

Species ex affinitate *C. polycephali* et *C. coerulei* valde differt caulibus efoliatis et praecipue ramificatione, qua *C. flexuoso* similis, cui autem floribus valde diversa.




Fig. 14. *A—D Conospermum Eatoniae* E. Pritzel. *A* Inflorescentia. *B* Bractea. *C* Flos. *D* Stamen. *E* Gynaeceum. — *F—J Conospermum Croniniae* Diels: *F* Rami floriferi pars superior. *G* Inflorescentia. *H* Flos. *J* Flos dissectus. — *K—N Conospermum glumaceum* Lindl.: *K* Folium. *L* Rami floriferi pars superior. *M* Bractea et flos. *N* Gynaeceum.

Conospermum Croniniae Diels n. sp. — Fig. 14 *F—J*.

Frutex (humilis?), ramis erectis fusco-corticatis; foliis divaricato-patentibus incurvis anguste linearibus subteretibus (illis *C. incurvi* subsimilibus); spicis (Fig. 14 *F*, *G*) axillaribus paucifloris quam folium brevioribus; rhachi abbreviata flexuosa tomentella; bracteis late-ovatis concavis coeruleis, perianthio [Fig. 14 *H*, *J*] extus sericeo-piloso intus glabro (probab. pallide coeruleo); filamentis basi valde dilatatis, antheris purpureis; cetera generis.

Folia 1—1,2 cm long., 0,5 mm lat.; rhachis spicae 5 mm long., bracteae ca. 1 mm diamet.; perianthium 5—6 mm long., ad limbum 2—2,5 mm lat.

Hab. in regionibus interioribus loco non indicato flor. (Miss Cronin in hb. Melbourn.!, hb. Berolin.!) in distr. Avon pr. Mt. Moore flor. 1889 (H. S. King et C. Lefroy in hb. Berlin ex herb. Melbourne commun.!).

Species *Euconospermo* inserenda *Conospermo amoeno* Meissn. affinis spicis perbrevibus, floribus minoribus densius sericeis pallidioribus, nec non foliis subhorizontaliter patentibus incurvis bene distinguitur.

Conospermum glumaceum Lindl. (B. V. 367).

Bracteis et perianthiis (Fig. 14 *L*, *M*) ochroleucis venis atroviolaceis pictis omnium specierum gracillima excellit.

Hab. in distr. Avon haud proc. a Moore Riv. in collibus glareosis flor. m. Sept. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 724, D. 4017).

Conospermum ephedroides Kipp. (B. V. 368).

Species rigida a nobis m. Sept. et Oct. ineunte flor. observata.

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in glareoso-arenosis (D. 5063); in distr. »Victoria Plains« dicto in collibus fruticulosis glareosis (D. 3986).

Conospermum Brownii Meißn. (B. V. 370).

Quae species regiones graniticas arenosas a riv. Avon Riv. orientem versus extensas inhabitans observata est:

Hab. in distr. Avon pr. Waeel flor. m. Oct. (Pritzel Pl. Austr. occ. 888); pr. Mt. Moore (King et Lefroy in hb. Melbourn.!) in distr. Coolgardie pr. Ghooli teste Pritzel.

Conospermum incurvum Lindl. (B. V. 373).

Hab. in distr. Irwin pr. Irwin River superior. in arenosis fl. Sept. (D. 4220) in distr. Avon haud procul a monte M. Caroline pr. Tammin (E. Pritzel Pl. austr. occid. 747).

Conospermum stoechadis Endl. (B. V. 374).

Per totam regionem austro-occidentalem in arenosis pervulgata videtur; cognita enim a riv. Pallinup-River (D. 4941) ad sinum Sharks Bay (F. v. Müller).

Conospermum triplinervium R. Br. (B. V. 375).

Distributionem prioris imitatur. Observavimus septentrionem versus ad ipsum fl. Greenough River flor. m. Sept. (D. 4209).

Franklandia R. Br. (B. V. 376).

Verbreitung und Vorkommen: *Franklandia* ist ein sehr isolierter Endemismus der Südküste Westaustraliens. Sie zieht sich vom Cape Leeuwin bis mindestens zum Philipps River. Innerhalb dieses (nicht gewöhnlichen) Areals lebt sie auf Sandboden und verhält sich gegenüber den Niederschlags-Bedingungen insofern sehr elastisch, als sie Gegenden von beinahe 100 cm bewohnt, gleichzeitig aber auch bei ca. 35 cm noch Gedeihen findet.

Franklandia triaristata Benth. (B. V. 377).

Hab. in distr. Warren maxime occidentali pr. Vasse Riv. (Preiss in hb. Melbourne) et Capel River (Oldfield) — Statio »Tone River« (Bentham l. c.) ab area illa nimis distans falsa videtur, cum eadem (recte) *F. fucifoliae* R. Br. (quam ipsi legimus pr. Tambellup) attributa sit.

Lambertia Sm. (B. V. 413).

Verbreitung und Vorkommen: Entfernt verwandt mit *Adenanthos* (vgl. S. 137) ist diese Gattung wieder ein ausgezeichnetes Beispiel der Wiederkehr ausgeprägter Typen Westaustraliens im milderen Südostaustralien (New South Wales).

In Westaustralien selbst überwiegt bei weitem der Südosten durch die vielseitige Entwicklung der Gattung. Auf den Granithügeln in der weiteren Umgebung des King George Sounds mit ihrem Belag von Konglomerat-Boden, die überhaupt so hervorragend reich sind an Proteaceen, treffen sich mehrere Formen. Aber weiter reichende Bedeutung gewinnt von ihnen nur *L. inermis*. Sie ist nämlich eine Charakterpflanze ersten Ranges in dem selben Gebiete, das von *Adenanthos cuneata* bezeichnet wird (s. S. 138), vielfach der höchste Strauch der Formation und daher auch auf ihre Szenerie nicht ohne Einfluß.

Über die Vertretung von *Lambertia* in den Distr. Darling, Avon und Irwin liegen wenige Daten vor. Nur *L. multiflora*, eine schöne gelbblütige Spezies, ist seit alters bekannt als Zierde der kiesigen Busch-Bestände am Swan River. — Nordwärts vom Irwin River scheint die Gattung zu fehlen. In die Eremaea tritt sie wohl nirgends ein. Es ist eine der westaustralischen Gattungen, deren Verbreitung von der langen und stark ausgeprägten Trockenzeit der nördlicheren Teile begrenzt werden dürfte.

Lambertia inermis R. Br. (B. V. 414).

Orientem versus trans sinum Esperance Bay extendit. Quo loco specimina 1,5—4 m alt. floribunda gregaria atque insignia vidimus flor. m. Nov. (D. 5902).

Xylomelum Sm. (B. V. 407).

Verbreitung und Vorkommen: Die Bemerkung von Bentham (Fl. Austr. V. 407) »in Australia, where it is widely spread« könnte zu einer sehr unrichtigen Vorstellung von der Verbreitung dieser schönen Gattung verleiten. In Wahrheit bewohnt sie zwei durch ein enormes Fehlgebiet in der Eremaea getrennte Areale: die Ostküste zwischen 17.—34.° s. Br., die Westküste etwa vom 27.—34.° s. Br. Damit liefert sie ein Beispiel für diese oft konstatierte Areal-Disjunktion, das deswegen von hoher Wichtigkeit ist, weil die Arten hüben und drüben ganz ungemein nahe mit einander verwandt sind.

In Westaustralien schließt sich die Verbreitung der beiden Arten aus. *X. occidentale* ist ein Baum des westlichsten Vorlandes, *X. angustifolium* ein Charakter-Strauch der baumlosen Sandgebüsche, der uns zwischen Murchison River und den obersten Zuflüssen des Blackwood River mehrfach begegnete und vielleicht noch weiter im Inneren verbreitet ist.

Xylomelum occidentale R. Br. (B. V. 408).

In distr. Darling inter fl. Swan Riv. et Cape Leeuwin per regiones sublitorales frequenter silvis apertis *Eucalypti marginatae* et *E. calophyllae* admixtum. Flor. m. Januar.

Xylomelum angustifolium Kipp. (B. V. 409).

In regionibus arenosis frutex non infrequens atque insignis. Stationes maxime australes ipsi vidimus prop. fl. Moore Riv. juxta Dandaragan atque haud procul a mont. M. Caroline pr. Tammin (D. 2870). Floret eodem fere anni tempore quo species praecedens.

Persoonia Sm. (B. V. 380).

Verbreitung: Von den drei Sektionen der Gattung sind *Acranthera* und *Amblyanthera* nahe verwandt und entsprechen offenbar dem ursprünglichen Typus der Gruppe. Am weitesten verbreitet ist *Amblyanthera*, die mit einer Art sogar nach Neuseeland übergreift. In Ostaustralien ist diese Sektion hochgradig gegliedert, in Westaustralien formenarm und streng auf die Südwestecke, in dem Waldgebiet zwischen King George Sound und Swan River lokalisiert. Dafür hat die westlich endemische Sektion *Acranthera* viele Spezies in allen Teilen des Landes.

Eigenartiger ist die Verbreitung der spezialisierten Sektion *Pycnostylis*: eine Art im nordöstlichsten Australien, der Rest in Westaustralien, und zwar nicht nur in der Südwest-Region, sondern auch inmitten der Eremaea.

Vorkommen: Die drei Arten von *Amblyanthera* sind typische Waldpflanzen, kleine Bäume, die meist nur im Schutze der höheren Eucalypten zu finden sind.

Die übrigen Arten haben trotz ihrer großen Zahl nur geringe Wichtigkeit für die Physiognomie. Ihre vegetative Ausstattung unterscheidet sie wenig von unendlich vielen anderen Gewächsen ihrer Heimat, die Blütezeit ist kurz, die Blüten selbst nur ausnahmsweise effektvoll ausgestattet.

P. microcarpa ist auffallend, weil sie auf feuchtem Alluvialboden wächst, den die übrigen Spezies nicht zu lieben scheinen. Vielmehr werden sie zahlreich angetroffen auf den Kiesböden (z. B. *P. rudis*, *P. angustiflora*, *P. quinquenervis*, *P. comata* [nach Drummond]) und in sandliebenden Formationen. *P. saccata* ist von den Psammophilen vielleicht die am weitesten verbreitete; die übrigen Spezies scheinen teilweise streng lokalisiert, mehrere sind seit Drummonds Zeiten nie wieder gefunden. Zu diesen räumlich begrenzten Formen zählt auch *P. acicularis* F. v. M., ein starrer Xerophyt der Sandfelder am unteren Murchison.

Persoonia Saundersiana Kipp. (B. V. 384).

Species 1/2—1 m alt. foliis glauco-viridibus praeditus, ad silvarum apertarum margines fruticosos flor. m. Jan. (D. 2436).

Persoonia diadena F. v. M. (Fragm. X. 46).

In distr. Coolgardie ad Mt. Churchman a cl. Young detecta extendit meridiem versus trans Lake Deborah, ubi collecta pr. Ghooli flor. m. Oct. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 870) et pr. Karalee in acacietis arenosis fruct. m. Nov. (D. 5577).

Persoonia trinervis Meissn. (B. V. 386).

A cl. F. v. Müller in distr. Irwin pr. Arrowsmith River collecta in hb. Melbourn. exstat!

Persoonia rudis Meissn. (B. V. 387).

In distr. Avon pr. Dandaragan in *Eucalypti calophyllae* silvis valde apertis glareosis flor. m. Dec. observata est (D. 5758).

Persoonia acicularis F. v. M. (B. V. 388).

Est fruticulus humilis foliis glauco-coerulescentibus rigidis spinosis insignis; fl. m. Nov. loco classico (D. 5662).

Grevillea R. Br. (B. V. 417).

System: Die Systematik dieser schwierigen Gattung ist durch Benthams Darstellung nicht erledigt, aber erheblich gefördert worden. Für die Stellung der westaustralischen Vertreter ergiebt sich daraus eine sehr verschieden abgestufte Rangfolge.

Einige Typen stehen gut abgegrenzt da und haben gleichzeitig wenig Derivate entwickelt, z. B. *G. bipinnatifida*, *G. Drummondii*, *G. Wilsoni*, *G. quercifolia*. Andere dagegen sind höchst polymorph und bilden wahre Formen-Netze, wie die *Leiogynae*, die Gruppe der *G. Hookeriana*, die Sekt. *Eriostylis* und die Sekt. *Manglesia*, bei denen die Epharmose der Vegetations-Organe eine höchst vielseitige ist.

Die Beziehungen zu den Arten des übrigen Australiens sind bei unserer mangelhaften Kenntnis des Inneren nach nicht allseitig darstellbar. Bis jetzt ergibt sich ein enger Zusammenhang mit den Trockengebieten des Ostens und Nordens bei einigen *Hebegynae* durch *G. pterosperma* u. Verw.; vielleicht bei den kurzgriffligen *Plagiopodae* durch die sehr bemerkenswerte *G. deflexa*; endlich bei *Calothyrsus*, wo *G. Huegelii* als echter Eremaea-Typus Ost und West verknüpft.

Dagegen repräsentiert in derselben Sektion die isolierte *G. quercifolia* entferntere Beziehungen zum tropischen Norden. Sonst liegen derartige Fälle nicht vor. Wohl aber gibt es mehrere Anklänge an die östliche Flora von Newsouthwales, namentlich bei der *Eriostylis*-Reihe und den *Hebegynae*, zu denen *G. bipinnatifida* gehört.

Zweifellos haben sich einige Gruppen in Westaustralien selbständig entwickelt, so *Cycladenia*, die wohl nicht so isoliert steht, wie Bentham will, sondern aus Nematophylla-artigen Formen hervorgegangen sein wird; ferner die Sekt. *Manglesia*, deren Bildungsgang durch *G. acrobotrya* noch angedeutet ist.

Verbreitung: Die Verbreitung der in Westaustralien festgestellten *Grevillea*-Formen umspannt nur in wenigen Fällen weitere Räume. Es wurde bereits auf *G. Huegeliana* hingewiesen, die in ziemlich gleichartigen Formen vom östlichen Ende der australischen Eremaea bis zum westlichen geht. Ähnlich verhalten sich auch *G. pterosperma*, während der *G. chrysostachya*-Typus bereits einen Zerfall in mehrere meist wohl umschriebene Arten (*G. excelsior*, *G. eriostachya*) aufweist.

Auch innerhalb von Westaustralien läßt sich die gleiche Erscheinung ermitteln. Wohl gibt es einzelne weiter verbreitete Spezies, wie *G. didymobotrya* und *G. integrifolia* s. ampl. vom Coolgardie-Distrikt zum unteren Murchison, oder *G. Hookeriana*, die ein Beispiel abgibt für den nicht seltenen Verkehr zwischen dem selben Coolgardie-Distrikt und seiner südlichen Nachbarschaft, dem östlichen Abschnitt von Eyre. Häufiger aber zerfällt auch hier ein Typus bei weiterem Areal in viele netzförmig verkettete Formen, deren jede in typischer Form auf einen gewissen Distrikt lokalisiert bleibt. Gut läßt sich das verfolgen bei den *Occidentales*, aber vielleicht noch besser bei der durch ihre sonderbare Griffel-Struktur fest zusammengehaltenen und so spezifisch südwestlichen Sektion *Manglesia*. Für jeden Distrikt konnten wir nämlich seine eigenen *Manglesia* feststellen: im östlichen Eyre *G. biternata*, im westlichen Eyre *G. paniculata*, in Darling *G. glabrata* und *G. vestita*, im östlichen Avon *G. tridentifera*, in Süd-Irwin *G. amplexans*, in Nord-Irwin *G. triloba* und *G. leptostachya*.

Seltsamer Weise fallen auch die oben genannten systematisch isolierten Arten nahezu sämtlich durch ihr enges Areal auf, so *G. Wilsoni* im Darling Range, *G. cirsiifolia* im Gebiet des Hay River, *G. thyrsoides*, die

wir nur nördlich des Moore River sahen, so *G. asteriscosa*, so die ganz fremdartige *G. eryngioides* im Yilgarn-Lande u. a.

Vorkommen und physiognomische Bedeutung: Es gibt keine Formation in Westaustralien, in der diese polymorphe Gattung nicht vertreten wäre. Aber es ist nicht zu leugnen, daß sie sowohl in den feuchtesten, wie in extrem trockenen Gebieten eine schwache Rolle spielt. Damit entscheidet sich schon ihre Bedeutung für die einzelnen Formationen.

In den stark lehmigen Bezirken der Eremaea-Eucalypten beobachtet man eigentlich nur die niedrigen dornigen Massen der höchst xeromorphen *G. Huegelii* in allgemeiner Verbreitung. Wo es stark steinig wird, finden sich im Norden *G. nematophylla*, weiter südlich *G. Purdieana*, zwei oft baumartig entwickelte Spezies, die erst im November ihre prächtigen weißen Blütensträuße entfalten. Zahlreicher werden die Arten auf den Sandflächen der Eremaea. Es sind meist höhere Sträucher mit virgater Verzweigung; am bezeichnendsten hebt sich *G. excelsior* durch ihre cypressenartige Tracht hervor. In den südwestlichsten Abschnitten der Eremaea deuten bald andere Spezies die Nähe des Südwestens an. Namentlich finden sich kleinere Sträucher aus der Sekt. *Conogyne* immer häufiger, die ihre zahlreichen Äste mit weißen oder gelben Trauben abschließen und auch im Norden der Südwest-Region noch sehr bezeichnend sind.

In der Südwest-Region wiederholen sich die Grundzüge der Verbreitung. Auf tonigen und lehmigen Böden ist auch hier die Zahl der Spezies gering. Aber z. B. mehrere *Leiogynae*, *G. manglesioides*, *G. diversifolia* und einige Arten der Sekt. *Manglesia* stellen sich dort ein. Alle diese Sträucher, wie man sie an lehmigen Ufern der Mulden und »Flüsse« trifft, sind bezeichnet durch schlanke Verzweigung, minder starres Laub und oft weniger auffallende, aber zum Teil duftende Blüten.

In den Waldungen des Distr. Warren scheinen nur ganz wenige Grevilleen vorzukommen; erst in der Nachbarschaft des King George Sound beginnt ihre Zahl zu steigen. Dort ist auch die eigentümliche *G. pulchella* endemisch. Die nördlichen Teile des Distr. Darling haben auf dem Konglomerat-Boden des Hügellandes eine Grevilleen-Flora, die schön und eigentümlich ist, aber an Bedeutung weit von *Hakea* überflügelt wird. Die oben schon erwähnte *G. Wilsoni* A. Cunn. mit dem glühenden Dunkelrot ihrer Blüten ist hier zu Hause, die eigentümlichen Laub-Umrisse der *G. quercifolia* und *G. bipinnatifida* erscheinen oft im Gebüsche des Unterholzes. In der zweiten Hälfte der Regenzeit beherrschen *G. synapheae*, *G. vestita* und die Formen der *Oxystigma*-Gruppe durch die Fülle ihrer weißen Blüten vielerorts das Bild der niederen Vegetation. — Die meisten Arten dieser Kategorie stehen verwandtschaftlich etwas isoliert und sind auch nicht besonders formenreich. Die übrigen aber setzen sich in den von Bäumen entblößten Landschaften fort.

Die Sand-Strauchheiden besitzen zweifellos die zahlreichsten Arten; auf ihnen entfaltet sich wie in den meisten Familien die größte Formen-Mannigfaltigkeit. Zwar bilden die Grevilleen größtenteils nur gleichwertige Elemente neben zahlreichen physiognomischen und floristischen Formations-Genossen. Einige Arten aber heben sich durch Individuenfülle und eigentümliche Tracht aus der gleichartig gewebten Pflanzendecke heraus. Die um *G. integrifolia* gruppierten *Conogyne*-Formen wurden oben schon erwähnt: sie sind vielfach auch in der Südwest-Region noch sehr bezeichnend.

Aber wirkliche Charakter-Grevilleen besitzen die Sandlandschaften des Nordwestens zwischen Moore River und Sharks Bay. Erstens wächst dort *G. eriostachya*, die den panaustralischen Typus des *G. chrysodendron* im äußersten Westen verkörpert. In bizarrer Weise erhebt sie ihre gelben Blüten in gedrängter Traube am Ende einer langen Achse hoch über das eigene Laub und über die Höhe des umherwachsenden Buschwerks. Sicher ist es bemerkenswert, daß zwei andere Grevilleen, *G. polybotrya* und *G. leucopteris*, in ähnlicher Weise ausgestattet sind, um die Szenerie der Gegend zu beeinflussen: auch sie tragen ihre Blütenrispen in der Höhe und verraten sich zu allen Zeiten des Jahres durch die emporgereckten Äste der Infloreszenzen. *G. leucopteris* ist die stolze Charakter-Pflanze der nördlichsten Strauchheiden, prachtvoll zur Blütezeit, wenn sich das sonst so starre Gewächs mit großen, zierlich gebauten Rispen zartweißer Blüten geschmückt hat. Der Baum erreicht weit über Meterhöhe, das Ganze erinnert lebhaft an die hochwüchsigen *Conogyne* der Eremaea, die einzigen wahrhaft baumartigen Vertreter von *Grevillea* im außertropischen Westaustralien.

Grevillea oncogyne Diels n. sp.

Frutex ramis virgatis foliisque strictis erectis rigidis; foliis integris angustissime linearibus rigidis apice pungentibus extus convexis intus bisulcatis costa prominente; racemis paucifloris e ramulis lateralibus efoliatis natis; pedicellis longiusculis cinereo-sericeis; toro subobliquo; glandula hypogyna conspicua crassiuscula semipatelliformi, perianthio purpureo utrinque breviter piloso, ovario glabro breviter stipitato tuberculis duobus (interdum duobus minoribus additis) praedito, stylo glabro longissimo in stigma laterale subverticale clavatim terminante. — Fructum non vidi.

Frutex 1—2 m alt.; folia 7—10 × 0,1—0,15 cm, pedicellus 8 mm long.; perianthium 1 cm long., stylus 4—4,5 cm long.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Boorabbin in arenosis flor. m. Nov. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 912) pr. »Gilmores« in fruticetis aridis apertis lapidoso-lutosis flor. m. Nov. (D. 5278).

Species (Ser. *Leiogynae*) *Grevilleae plurijugae* F. v. M. admodum affinis atque vix nisi foliis indivisis diversa. Ovarium tuberculatum cum *G. plurijuga* commune.

Grevillea plurijuga F. v. M. (B. V. 430).

Grevillea Helmsiana F. v. M. et Tate (Transact. R. Soc. South Austral. XVI. 362) collecta fuit prope mont. Fraser's Range a cl. Helms. Vidimus eandem plantam in eisdem ditionibus a praedio »Graspatch« dicto septentrionem versus flor. m. Nov. (D. 5302). Nobis quidem eam a *Grevillea plurijuga* F. v. M. prope Point Malcolm a Maxwellio collecta nullo modo distingui posse videtur.

Grevillea Thelemanniana Endl. (B. V. 431).

Ad flum. Greenough River procedit ibique frutex 1—2 m altit. observatur (D. 4243). — *G. stenomera* F. v. M. (B. V. 430) a *G. Thelemanniana* vix discriminari potest; ceterum stationes l. c. notatae »Murchison River et near Bunbury« errore quodam permixtae videntur.

Grevillea Hookeriana Meissn. (B. V. 432).

Haec species per interiores austro-orientales latius diffusa videtur. Habemus specimina ex distr. Eyre a sinu Esperance Bay septentrionem versus in arenosis fruticulosis flor. m. Nov. (D. 5434) et ex distr. Coolgardie pr. Boorabbin flor. eodem mens. (E. Pritzel in hb. Berol.!).

Grevillea Pritzelii Diels n. sp.

Frutex ramis junioribus cinereo-tomentellis; foliis rigidis anguste-linearibus saepius paulum falcato-curvatis supra laevibus subtus bisulcatis novellis fusco-sericeis adultis glabratis apiculo ustulato praeditis, novellis plerumque indivisis integris interdum segmento uno alterove auctis ideoque bifidis, trifidis vel pauci-pinnatis; racemi secundi densiflori rhachi dense-sericea; perianthio albido extus dense albo-sericeo sub limbo globoso revoluto; toro plano; glandula valde concava conspicua a toro libera ovarii stipiti opposita; stylo atropurpureo glabro; stigmate viridi obliquo.

Folia 5—9 × 0,15—0,2 cm; racemi 4—5 cm long.; perianthium ca. 6 mm long.; stylus 1,6—2 cm long.

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in lutoso-arenosis aridis fruticulosis ster. m. Maj. (D. 3174), flor. m. Oct. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 753, D. 5103).

Species nova in sect. *Hebegynae* juxta *G. concinnam* R. Br. atque *G. Hookerianam* Meissn. ponenda, a quibus glandulae hypogynae structura facile distinguitur; praeterea florum colore et foliis ab utraque distat.

Grevillea apiciloba F. v. M. Fragm. X. 45.

Quae species »floribus perpaucis visis« (F. v. Müller l. c.) descripta et sect. *Conogyni* inserta est. Stigma »margine depressum, centro prominens« atque »perbreve« describitur ita ut alias *Grevilleae* sectiones memineris. Praeterea ovarium »sessile sericeum« in sect. *Conogyni* nunquam observatur.

Quibus rebus cognitis *G. apicilobam* a cl. Young »inter Ularing et Mount Jackson« collectam cum fruticibus quibusdam nobis obviis foliorum

forma mira cl. MUELLERI descriptionem optime repetentibus unam eademque esse persuasum habemus. Quae specimina demonstrare videntur *G. apicilobam* in seriem *Hebegynarum* translocandam esse, ubi *G. Pritzelii* Diels maxime appropinquat.

Descriptioni addendum:

Fruticulus 0,4—0,75 m alt.; perianthium pallide rubellum, stylus atropurpureus, stigma viride.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Bronti in arenosis lapidosis flor. m. Oct. (D. 5603), pr. Coolgardie in arenosis aridis defl. (D. 5233).

Grevillea eriostachya Lindl. (B. V. 433).

Est planta in fere omnibus arenosis inter Moore Riv. et Murchison Riv. extensis valde insignis. Fructus fusco-glandulosus viscosus. Vidimus eam meridiem versus ad ipsum Moore Riv. progressam.

Grevillea excelsior Diels n. sp.

Frutex elatus subarborescens ramis horizontaliter patentibus; foliis erectis pinnatis pinnis 3—5 angustissime linearibus rigidis, subtus bisulcatis glabris; racemis terminalibus erectis densis; pedunculis foliatis tomentosis; pedicellis brevissimis; perianthio aurantiaco extus imprimis ad limbum albo-tomentoso, intus glabro, sub limbo ovoideo-globoso revoluto; toro plano; glandula lata semilunari, plano; ovario sessili tomentoso non viscoso; stylo aurantiaco longo spongioso-incrassato; disco obliquo laterali.

Frutex 3—4 m alt.; folia cr. 25 cm long., pinnae 15 cm long., 1 mm lat.; racemi 6 × 2,5 cm; perianthium 1—1,5 cm long.; stylus 2,5 cm long.

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in fruticetis apertis lutoso-arenosis flor. m. Oct. (D. 5852), in distr. Coolgardie pr. Coolgardie (DIELS!). Stationes *G. eriostachyae* attributas in Transact. R. Soc. South Austr. XVI. 361 [Skirmish Hill, Barrow Range] hic pertinere existimamus.

Species *G. eriostachyae* Lindl. affinis, differt habitu arborescente, racemis brevioribus pedunculo neque elongato neque aphyllo insertis, verisimiliter fructu non viscoso. *G. excelsiorem* adhuc ab auctoribus cum *G. eriostachya* confusam esse apparet, quod facilius excusabis, si nulla nisi siccata specimina illis in manu fuisse memineris.

Grevillea pterosperma F. v. M. (B. V. 433).

Quam speciem per deserta Australiae magis orientalis distributam eodem modo regiones occidentales longius invadere nunc speciminibus quae sequuntur visis certum habemus

Hab. in distr. Coolgardie pr. Coolgardie (WEBSTER in hb. Berol.!), Boorabbin (E. PRITZEL in hb. Berol.!), Mount Churchman (YOUNG ex F. v. MUELLER in Fragm. X. 45), Mount Moore (MERRALL).

Grevillea asteriscosa Diels n. sp.

Ramis ramulisque glanduloso-pubescentibus; foliis parvis subsessilibus ambitu semiorbicularibus vel cordatis alte trifidis segmentis plerumque iterum trifidis lobis lanceolatis vel lanceolato-triangularibus in mucronem pungentem terminantibus, hispidis, venis primariis subtus prominentibus; floribus paucis confertis pedicellatis; perianthio (coccineo?) glanduloso-piloso

sub limbo recurvato intus piloso; toro valde obliquo, glandula ampla hippocrepidiformi, ovario brevissime stipitato, stylo villoso; stigmate laterali mediocri centro incrassato. — Fructum non vidi.

Foliorum segmenta ultima 5 × 1,5 mm; pedicelli 8—10 mm; perianthium ca. 10 mm long., stylus ad 13 mm long.

Hab. in distr. Stirling a montibus Stirling Range ca. 150 km septentrionem versus (MUIR in hb. Berl.!).

Species foliorum forma atque indumento glanduloso (viscoso) distinctissima ser. *Plagiopodae* verisimiliter inserenda ab omnibus congeneribus longius distare videtur.

Grevillea Drummondii Meissn. (B. V. 451).

G. pimeleoides W. V. Fitzgerald in J. Mueller Bot. Soc. Perth I. 37.

Frutex insignis circ. 1 1/2 m alt. flor. rubro-aurantiacis limbo flavis ornatus rarius observatur.

Hab. in distr. Darling in montibus Darling Range pr. Smith Mill inter rupestria granitica flor. m. Aug. (E. PRITZEL Pl. Austr. occ. 517); ad flum. Blackwood Riv. (Herb. Melbourn.!).

Grevillea acuaria F. v. M. (B. V. 452).

Ex distr. Austin pr. Murrin Murrin amicus W. J. GEORGE nuper attulit.

Grevillea cynanchicarpa Meissn. (B. V. 453).

A botanophilis in Australia occidentali habitantibus ulterius observanda. Florum structura adhuc parum perlucida.

Grevillea Huegelii Meissn. (B. V. 457).

Species horrida per interiora in solo lutoso glareoso vel lapidoso pervulgata. Flores plerumque coccinei variant tamen pallide sulphurei intus albidi.

Varietas glabriflora (F. v. M. et TATE in Trans. R. Soc. South Austr. XVI. 361) non nisi in distr. Coolgardie regionibus maxime austro-orientalibus adhuc observata. Habemus specimina inter lacum Cowan et sinum Esperance Bay collecta flor. m. Nov. (D. 5303, 5463).

Grevillea leucopteris Meissn. (B. V. 460).

Inter species Australiae occidentalis facile speciosissima. Frutex paniculis amplis albis insignis in distr. Irwin a sinus Sharks Bay litoribus australibus ad flumen Greenough Riv. in arenosis non raro observatur. Nulla autem specimina vidi (DIELS) proceriora quam arbores quasdam ad collium calcareorum latera prope Port Gregory vigentes altitudinemque 8 m. attingentes.

Grevillea uncinulata Diels n. sp.

Fruticulus humilis rigidus; foliis in ramulis lateralibus abbreviatis fasciculatis parvis crassis scabriusculis subteretibus subtus sulcatis apice mucronula brevi unciformi recurvata ustulata ornatis; floribus ramulum abbreviatum terminantibus 2—4-nis, folium superantibus; perianthio villoso albo, tubo sub limbo revoluto; toro plano; glandula

inconspicua; ovario villoso; stylo villoso elongato apice oblique clavato glabrato flavo, stigmate subconico disci centro affixo.

Fruticulus circ. 25—50 cm alt.; folia 0,5—1 cm × 0,5—1 mm; pedicelli 4 mm; perianthium 4 mm, stylus 8 mm.

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in arenosis aridis fruticulosis flor. m. Jul. (E. PRITZEL Pl. Austr. occ. 475; D. 3563).

Species nova sect. *Eriostylis* inserenda, cuius specierum *G. oxystigmae* proxima. Tamen ramuli permulti abbreviati folia congesta gignentes nec non foliorum parvorum involutorum apiculus ustulatus hanc formam ab omnibus *G. oxystigmae* formis separare videntur.

Grevillea Candolleana Meissn. (B. V. 466).

Fruticulus pulcherrimus in distr. Avon in silvis *Eucalypti reduncae* apertis glareosis pr. Avon Riv. supra Newcastle flor. m. Aug. nobis obvius (E. PRITZEL Pl. Austr. occ. 551, D. 3925).

Grevillea argyrophylla Meissn. (B. V. 474).

Saepe arbor humilis; foliis coriaceis supra atroviridibus subtus glaucescentibus; floribus albis odoratis.

Hab. in distr. Irwin pr. sinum Champion Bay juxta Chapman Riv. in calcareis flor. m. Aug. (E. PRITZEL Pl. Austr. occ. 711, D. 3752).

Grevillea inconspicua Diels n. sp.

Frutex squarrosus divaricato-ramosus; foliis interdum subfasciculatis saepe patentibus anguste linearibus rigidis uninerviis costa subtus prominente marginibus recurvis, apiculo ustulato auctis, omnino tenuiter sericeis; floribus umbellatim confertis parum conspicuis albis rubicundo-suffusis vanillam redolentibus; pedicellis gracilibus sericeis; toro subobliquo; glandula hypogyna semilunari, perianthio extus sericeo sub limbo recurvato; ovario stipitato glabro viridi; stigmate laterali disciformi orbiculari centro subconico-elevato.

Frutex 1,5 m alt.; folia 2—4 × 0,1—0,15 cm; pedicelli 4 mm; perianthium 7 mm long., stylus 9 mm long.

Hab. in distr. Austin pr. Cue in rupestribus lutosis fruticosis flor. m. Jun. et Jul. (D. 3277).

Specierum ser. *Occidentalium* notarum *G. inconspicua* maxime borealis videtur; proxima est *G. hakeoides* Meissn. a qua differt habitu foliis planioribus magis dilatatis, perianthio extus sericeo.

Grevillea teretifolia Meissn. (B. V. 476).

Fruticulus circ. 0,5 m alt. floribus albis praeditus.

Hab. in distr. Eyre inter West River et Philipps River in arenosis flor. m. Oct. (D. 4894).

Grevillea eryngioides Benth. (B. V. 476).

Mira foliorum forma nec non stolonibus longe reptantibus inter congeneribus Australiae occidentalis excellit. Perianthium basi purpurascens, medio cum stylo viridis, limbo et stigmate atropurpureo.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Bronti in arenosis aridis flor. m. Nov. (D. 5598).

Grevillea bracteosa Meissn. (B. V. 477).

Habitu omnino *G. Endlicherianam* refert. Flores pallide rosei.

Hab. in distr. Avon in »Victoria plains« locis nonnullis arenoso-glareosis gregaria flor. m. Sept. (D. 3979).

Grevillea synapheae R. Br. (B. V. 480).

Polymorpha a rivo Avon Riv. usque ad flum. Blackwood Riv. per silvestria glareosa distributa videtur. Flores ochroleuci vanillam redolentes.

Grevillea didymobotrya Meissn. (B. V. 481).

Frutex 0,3—2 m alt.; Folia nunc linearia nunc lanceolata vel oblanceolata apice acuta observantur. Flores flavi.

Species per interiorum arenosa haud rara flor. m. Sept. et Oct.: habemus a Greenough Riv. (E. Pritzel Pl. austr. occ. 608; D. 4187) ad montem M. Churchman (Young ex F. v. Müller) et Menzies (E. Pritzel 866! D. 5160), pr. Coolgardie (Webster in herb. Berl.!).

Grevillea polybotrya Meissn. (B. V. 482).

Frutex usque ad 1,5 m alt. et foliis glaucis praeditus in distr. Avon per regiones rivi Moore River superioris arenosis passim observatur flor. m. Novemb. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 979, D. 3099).

Grevillea nematophylla F. v. M. (B. V. 482).

Forma typica in regionibus borealibus interioribus latius diffusa videtur. Stationibus a F. v. Müller et Tate (Transact. R. Soc. S. Austr. XVI. 361) indicatis est addendum distr. Austin pr. Murrin Murrin, ubi invenit fl. m. Nov. W. J. George (in hb. Berl.!).

Grevillea Purdieana Diels n. sp. — Fig. 15.

Stirps jam statu frutescente florifera, sed saepius arborescens; ramis erectis; foliis glaucis integris rigidis teretibus elongatis acutis subtus leviter bisulcatis; panicula (Fig. 15 *B*) ampla terminali speciosa e racemis 3—8 divaricatis breviter pedunculatis densifloris cylindricis composita; floribus (Fig. 15 *C*) albis fragrantibus; pedicello brevi; perianthio sub limbo recurvato extus pilis brevibus adpressis vestito; toro subplano; glandula hypogyna conspicua plerumque incomplete (stipitem non amplectante), interdum omnino annuliformi (Fig. 15 *F*, *G*); ovario glabro breviter stipitato; stigmate conico; fructu breviter stipitato assymetrice-ellipsoideo atro-fusco laevissimo (Fig. 15 *H*, *J*).

Frutex vel arbor usque ad 8 m alt; folia 15—20 × ca. 0,1 cm; racemorum pedunculi 1—2 cm, racemi 6—8 × 1,5 cm; pedicelli 1,5 mm; perianthium ca. 9 mm, stylus 1,5 cm; capsulae stipes 3—5 mm, capsula 1,2 -1,5 × 1 cm.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Southern Cross in colliculis lapidosis schistosis aperte fruticosis meridiem versus expositis flor. m. Nov. et Dec. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 78; D. 1717), fruct. m. Mai (D. 1717[a]), Gnarlbine (Sp. Moore ex descript. Journ. Linn. Soc. XXXIV. 221).

Haec species pulcherrima, *G. nematophyllae* F. v. M. proxima, differt foliis longioribus leviter bisulcatis, paniculis amplioribus, floribus longius pedicellatis duplo

majoribus; glandula magis annuliformi. Habitu, inflorescentia, glandula sect. *Cycladeniam* districtuum flum. Murchison Riv. adjacentium appropinquat, diversa autem stigmatis structura.

Nominavi in honorem amicissimi cl. Alex. Purdie, magistro artium, eruditionis technicae in republica Westaustraliensi praefecto.




Fig. 15. *Grevillea Purdieana* Diels: *A* Ramus foliatus. *B* Inflorescentia. *C* Flos. *D* Perianthii segmentum. *E* Ejusdem pars superior. *F* Gynaeceum. *G* Ovarium et discus. *H*, *J* Fructus

Grevillea paradoxa F. v. M. (B. V. 483).

Hab. in distr. Coolgardie pr. Boorabbin in arenosis flor. m. Nov. (E. Pritzel Plant. Austr. occ. 918).

Grevillea Shuttleworthiana Meissn. (B. V. 485).

Frutex fere 1—1,5 m alt., floribus flavis ornatus.

Hab. in distr. Avon pr. Moora in arenosis deflor. m. Dec. (D. 5762), atque in distr. Irwin pr. Mingenew in glareosis arenosis flor. m. Sept. (D. 4252).

Grevillea Shuttleworthiana Meissn. var. **rhombifolia** Diels.

Foliis minoribus conspicue petiolatis lamina latissime obovata vel pótius subrhomboidea saepius sericeo-marginulata praeditis. Cetera typi.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Bronti in arenosis fruticosis flor. m. Novemb. (D. 5590).

Grevillea incrassata Diels n. sp.

Ramis cortice fusco vestitis ramulis junioribus cinereis; foliis parvis crassis clavato-teretibus saepius subincurvis argenteo-sericeis; racemis valde abbreviatis, subglobosis; rhachi sericea, pedicellis glabris; perianthio sectionis *Anadeniae*; toro plano; glandula nulla; ovario apice bituberculato; stylo filiformi; stigmate conico; fructum non vidi.

Folia 6 × 1 mm; racemi vix 1 cm diamet.; pedicelli 3—4 mm long., perianthium 6 mm long.; stylus (cum ovario) 8 mm long.

Hab. in distr. Coolgardie in collibus Parkers Range leg. Merrall.

Species affinitati *G. integrifoliae* Meissn. inserenda, sed foliis crassis brevissimis atque racemis valde abbreviatis diversa; fructus forma ulterius investiganda.

Grevillea integrifolia Meissn. (B. V. 485).

Quae species foliorum forma valde polymorpha. Formae collectionis nostra hae:

I. Latifoliae:

1. *Grevillea integrifolia* Meissn. var. *obovata* Benth. V. 485.

Planta 3/4—2 1/2 m alt.

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in arenosis flor. m. Jun. (D. 2865).

2. *Grevillea integrifolia* Meissn. Benth. V. 485.

Varietates quaedam foliorum formam 1 et 2 secundum ejusdem individui aetatem saepissime praebent.

II. Angustifoliae.

3. *Grevillea integrifolia* Meissn. var. *eremophila* Diels.

Frutex ca. 1/2 m alt. Foliis elongatis 16 × 0,3—0,4 cm. Glandula hypogyna nulla.

Hab. in distr. Austin pr. Menzies meridiem versus in fruticetis apertis arenosis flor. m. Oct. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 855; D. 5159).

4. *Grevillea stenocarpa* F. v. M. (B. V. 485).

Fructus forma vix specifica; glandula hypogyna parva adest.

Hab. in distr. Irwin pr. Watheroo in arenosis frequens flor. m. Nov. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 990); fruct. m. Jan. (D. 2093); pr. Northampton (D. 5643).

Varietates quaedam foliorum formam 2 et 4 secundum ejusdem individui aetatem in ramis inferioribus (sterilibus) et superioribus (saepe fertilibus) praebent. Quales formas *Grevilleam biformem* Meissn. in Pl. Preiss. II. 258 esse, non cl. autorem specierum diversarum partes confudisse (ut (BENTHAM l. c. monet) existimandum censemus.

Hab. in distr. Avon pr. Moore Riv. in arenosis fruticulosis (D. 3091).

5. *Grevillea integrifolia* Meissn. var. *incurva* Diels.

Foliis brevioribus argenteis saepe incurvis, circ. 4 × 0,1 cm.

Hab. in distr. Avon pr. Waeel in arenosis flor. Nov. (E. PRITZEL Pl. Austr. occ. 893).

Grevillea ceratocarpa Diels n. sp.

Frutex ramis erectis, foliis anguste oblongis vel oblanceolatis in petiolum angustatis brevissime acuminatis argenteo-lanuginosis nervosis juvenilibus rubicundis; racemis plerumque solitariis anguste cylindricis terminalibus; floribus albis; toro glabro plano; glandula nulla; ovario breviter stipitato apice bicorniculato; stylo ad basin coni stigmatici subincrassato; fructu angustissimo quasi semi-obconico apice corniculis duobus obtusis atque styli longe persistentis basi coronato.

Frutex 75—150 cm alt.; foliorum petiolus circ. 1 cm long., lamina 4—5 × 0,6—0,8 cm, pedicellus 2—3 mm long.; perianthium 6—7 mm long., stylus 1 cm long.; fructus 12—15 × 1,5 mm long.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Bronti in arenosis fruticulosis flor. m. Novemb. (D. 5980); pr. Bodallin jam a cl. ALEX. FORREST collecta (Mus. Melbourn.!).

Species affinis *G. integrifoliae* (form. *G. stenocarpae* F. v. M.), a qua differt foliorum indumento sublanuginoso non sericeo fructusque angustissimi appendicibus corniformibus.

Grevillea triloba Meissn. (B. V. 487).

Species floribus albis vanillam redolentibus praeditus. In tractu sublitorali districtus Champion Bay in humidioribus flor. m. Jun. (D. 3229).

Grevillea amplexans F. v. M. (B. V. 488).

Frutex 0,7—2 m alt., ramis divaricato-patentibus foliis rigidis glaucissimis, floribus albis vel pallide rubellis praecocibus.

Hab. in distr. Irwin pr. Watheroo in arenosis (D. 2090); juxta Mingenew flor. m. Jun. (E. PRITZEL Pl. Austr. occ. 367, D. 3032).

Grevillea tridentifera (Endl.) Meissn. (B. V. 488).

Forma typica (omnino glabrata) observata est in distr. Avon pr. Waeel in arenosis flor. m. Oct. (E. PRITZEL Pl. Austr. occ. 821).

Grevillea phanerophlebia Diels n. sp.

Frutex; foliis breviter petiolatis biternato-partitis segmentis primariis ambitu late-cuneatis, segmentis secundariis lanceolato-linearibus vel angustissime-triangularibus apice spinescentibus subtus glaucis margine revolutis, venis primariis pallidis subtus prominentibus; racemi rhachi pilosa;

floribus glabris albis pedicellatis; perianthii tubo fusiformi limbo subgloboso erecto; toro subplano; glandula reniformi; ovario stipitato; stylo basi breviter contracto, dein turgido, sub cono stigmatico iterum contracto; fructu (an semper?) laevi.

Frutex 1,5 m alt.; foliorum petiolus (vel pars basalis petioliformis) circ. 2—3 mm long.; segmenta laminae primaria 2—2,5 cm long., segmenta secundaria 1—1,5 cm long., 2 mm lat.; perianthium 5 mm long., stylus 4,5—5 mm long. Fructus 1—1,2 × 0,5—0,6 cm.

Hab. in distr. Irwin juxta Mingenew flor. m. Jun. (D. 3045).

Species nova sect. *Manglesiae* juxta *G. tridentiferam* Meissn. ponenda, a qua foliis multo minus rigidis, paginam inferiorem laminae glaucam exhibentibus facile distinguitur.

Hakea Schrad. (B. V. 489).

System: Nachdem die merkwürdigen Beziehungen dieser Gattung zu *Grevillea* von Bentham bereits erörtert sind, beschränken wir uns auf einige Tatsachen ihrer inneren Gliederung.

Es erscheint uns sehr zweifelhaft, ob die *Pubiflorae* der Sekt. *Euhakea* eine wirklich geschlossene Gruppe darstellen. Für die bei Bentham (B. V. 492) durch ganzrandige, cylindrische Blätter charakterisierten Arten scheint uns der Anschluß an manche *Glabriflorae* sicher, die wiederum gewisse Anklänge an die Sekt. *Conogynoides* verraten. — Bei den *Glabriflorae* besteht offenbar kein näherer Zusammenhang zwischen den westlichen flachblättrigen Arten und den cylinderblättrigen, die auch im Osten vertreten sind.

Die fast nur vegetativ charakterisierten Reihen der Sekt. *Conogynoides* stehen einander ganz nahe, doch halten wir die sehr übersichtliche und praktisch meist zuverlässige Anordnung Benthams nicht für natürlich.

Verbreitung: Die tropisch-nordaustralische Sektion *Grevilleoides* berührt nur im Norden des Austin-Distriktes unser Gebiet. Die übrigen Gruppen aber sind gut vertreten und besonders für die Südwest-Region hoch charakteristisch. Weit verbreitet sind einzelne Typen der *Glabriflorae*, bei denen auch zu ostaustralischen Arten ganz nahe Beziehungen bestehen. *Hakea recurva* und *H. Preissii* gehören diesem Kreise an: ihre bizarren Gestalten sind bezeichnend in den lehmigen Akacien-Landschaften, die von der Eremaea zum Südwesten überleiten.

Auch *H. multilineata* Meissn. ist ein Typus der Eremaea von ausgedehntem Wohnbezirk. Aber an ihn schließen sich — ob abgeleitet, ist fraglich — mehrere schöne Formen des Eyre-Distriktes an. Alle zusammen bilden die Reihe der *Longistylae* Benth., die somit wieder ein Band zwischen dem Distr. Coolgardie und der Südost-Küste herstellt.

In der Südwest-Region ist zunächst die Reihe *Manglesioides* weit verbreitet; *H. nitida* reicht längs der Küste sogar bis Südaustralien hinüber und zwar, wie es scheint, ohne Unterbrechung des Areales. Die anderen

Arten sind auf die Südwest-Region beschränkt, dort aber zum Teil von allgemeinster Verbreitung (*Obliquae*, *Teretifoliae*). Von Osten kommend, bemerkt man einen erheblichen Aufschwung bei der Annäherung an die Waldgebiete. Am Stirling Range setzen die charakteristischen Typen der *Auriculatae*, *Petiolares*, *Sessiles* ein, die flabellaten *Pubiflorae* erscheinen; Spezies wie *H. ruscifolia*, *H. trifurcata*, oder die um *H. glabella* sich ordnenden Sippen, welche weiter westlich so häufig und bezeichnend sind, treten in den Vegetations-Verband ein. Diese alle durchziehen die beiden südwestlichen Bezirke, gehen aber gewöhnlich darüber hinaus und verbreiten sich mindestens bis jenseit des Moore River, wo sie in xeromorph fortgebildeten Formen existieren.

Vorkommen und physiognomische Bedeutung: Die Bedeutung von *Hakea* in der Eremaea entspricht im wesentlichen der Rolle, die *Grevillea* dort einnimmt. Von der baumartigen *H. suberea* abgesehen, die offenbar schon äußerlich sich den baumartigen Eremaea-Grevilleen zur Seite reiht, kommen nur strauchige Formen dort vor. Wie weit die echte *H. recurva* in der lehmigen Eremaea verbreitet ist, steht noch nicht fest. Auch ist uns unbekannt geblieben, ob sie dort ebenso stattliche Dimensionen erreicht, wie in den der Küste genäherten Landschaften vom Irwin bis zum Unter-Murchison. Manche Sand-Gegenden der Eremaea fanden wir durch die ansehnliche *H. multilineata* charakterisiert; sie gleicht in ihrer Tracht ganz auffallend manchen Akacien des Binnenlandes.

Die *Hakea*-Vegetation des Südwestens ist vegetativ durch das Vorwalten typischer Dornbüsche in allen außerhalb der Waldzone gelegenen Distrikten charakterisiert: die meisten Reihen besitzen dort »teretifoliate«, stechende Spezies. Es sind Büsche von gerundetem Umrisse, alle von starrer Konsistenz; aber keiner so völlig unnahbar, wie *H. platysperma*, die in den dürren Übergangs-Gebieten zur Eremaea die Sandfelder bezeichnet.

In der Südwest-Region gibt es einzelne Spezies, die für die zeitweise nassen Alluvionen Vorliebe verraten. Schon östlich bei Esperance Bay läßt sich das an *H. cinerea* beobachten, am King George Sound sind Formen von *H. varia*, von *H. linearis*, und die fremdartige *H. ceratophylla* typische Alluvionen-Gewächse, die zum Teil auch nordwärts noch verbreitet sind.

Aber unstreitig die Haupt-Entfaltung findet *Hakea* auf dem Eisenkies-Boden der Distr. Stirling, Warren und Darling. Hier offenbart sich eine Formenfülle der Gattung, die um so merkwürdiger erscheint, wenn man sieht, wie verhältnismäßig schwach *Grevillea* in diesen Landschaften sich formativ betätigt hat. Dabei ist die vegetative Ausstattung ganz verschiedenartig, und alle Stufen vom ungeteilten flachen Blatt zu komplizierten Spreiten-Teilungen in originellen Formen vertreten. Am Stirling-Range schon überragen die bizarr hochwüchsigen Gestalten der *H. Brownii* und *H. cucullata* das niedere Gesträuch, in den Wald-Landschaften der

feuchten Karri-Zone wird aus *H. oleifolia* ein Baum, der mit Banksien wetteifern kann. Die großen, starr gezähnten Blätter der *H. amplexicaulis* sieht man von King George Sound bis zum Swan River im ganzen Jarra-Gebiet. Auch *H. ruscifolia* gibt dort einen prächtigen Schmuck, wenn ihre üppigen weißen Blütensträuße überall erscheinen, gerade im Hochsommer, wenn sonst das Gebüsch schon eintönig und farbenarm geworden. Vielleicht noch häufiger wächst *H. lissocarpha* R. Br. im Gebiet des Hügellandes, ein rechter Gegensatz zu *H. ruscifolia*: ihr Laub ist fein zerteilt, die zarten Blütenbüschel erschließen sich mitten in der Regenzeit.

Es besteht, wie bei vielen Gattungen, ein enger Zusammenhang zwischen der Flora des kiesigen Granit-Oberlandes und der Sand-Landschaften, die sich in Ost und Nord daran ansetzen. Aber an Menge der Formen und besonders an physiognomischer Bedeutung steht *Hakea* in den Sand-Heiden sichtlich zurück; namentlich von *Grevillea* wird sie dort in demselben Maße übertroffen (vergl. S. 148), wie sie jener in den Waldungen überlegen ist. Typisch für echt psammophile Strauchheiden sind uns Arten wie *H. falcata* R. Br., mehrere *Obliquae*, *H. costata*, sämtlich stark xerophile Gewächse erschienen. Wo starker Lehm- oder Tongehalt die edaphischen Qualitäten des Sandes abändert, herrschen andere Spezies: dort findet sich im Nordwesten gern *H. orthorrhyncha* und die prächtige *H. pycnoneura* Meissn.

Mit *Grevillea* verglichen, erweist sich die Blüten-Produktion bei *Hakea* meist weit beträchtlicher. Ihrer Blütenfülle verdankt die Gattung ihren physiognomischen Wert. Es kommt ihr dabei zugute, daß sie trotz der beschränkten Blütezeit der einzelnen Arten fast in allen Monaten des Jahres blühende Vertreter stellen kann.

Hakea Brookeana F. v. M. in Austral. Journ. of Pharmacy I. 430, 1886. — cf. Fig. 16.

Descriptioni addendum: floribus pedicellatis; pedicello circ. 6 mm long.; perianthio ochroleuco sericeo circ. 1 cm long. sub limbo revoluto; toro valde obliquo subverticali; glandula ampla nigra, ovario stipite patente praedito, stylo 1,2 cm long.; disco stigmatico subrotundo margine incrassato undulato. Species exocarpii indumento subereo amplissimo valde insignis.

Praestant specimina collecta in distr. Eyre ab Esperance Bay septentrionem versus in arenosis subglareosis aridis flor. et fruct. m. Novembr. (D. 5346, 5409). — Comparavimus specim. typica pr. sinum Israelite Bay collecta in hb. Melbourn.!.

Notatu dignum videtur *Hakeam pandanicarpam* valde affinem similique miro exocarpii indumento insignem eisdem fere regionibus inveniri.

Hakea obliqua R. Br. (B. V. 500).

Flores albi vanillam redolent. Fere omnes *Hakeae* species flores fragrantes gignunt.

Hakea polyanthema Diels n. sp.

Frutex humilis; foliis saepius leviter subincurvis, quam affinium minus rigidis, teretibus spinoso-mucronulatis; racemulis abbreviatis; floribus pedicellatis; perianthio albido extus sericeo, limbi lobis reflexis; toro valde obliquo subverticali; glandula toro adnata sed margine libera; ovario ad basin tori subsessili; stigmate laterali lato umbonato; capsulam non vidi.

Folia 3—4 × 0,15 cm; pedicelli 3 mm long.; perianthium 5 mm long., limbus reflexus 2 mm long.




Fig. 16. *Hakea Brookeana* F. v. M.: *A* Ramus florifer. *B* Flos. *C* Perianthii segmentum. *D* Discus atque ovarium. *E* Styli pars superior. *F* Ramus fructifer. *G* Semen.

Hab. in distr. Irwin pr. Greenough Riv. juxta pontem Mullewensem in arenosis aridis fruticulosis flor. m. Sept. (D. 6017).

Species nova (Sect. *Euhakea* Ser. *Obliquae*) *H. obliquae* R. Br. litoris australis proxime accedit, tamen floribus minoribus, toro magis arduo subverticali, glandula ab eo margine libera discriminatur.

Hakea incrassata R. Br. (B. V. 500).

Septentrionem versus ad Irwin Riv. progreditur, ubi formam floribus carneo-luteolis insignem invenimus pr. Mingenew in arenosis flor. m. Jul. (D. 3614).

Hakea ceratophylla (Sm.) R. Br. (B. V. 501).

Quae species foliis miris variabilibus ac perianthio fusco facile discriminanda minime in regionibus fretum King George Sound adjacentibus restricta est, sed districtus magis occidentales invadit.

Haec sunt specimina nobis visa:

Vasse River (comm. LINDLEY in hb. Berl.!), in alluviis uliginosis pr. Collie Riv. flor. m. Oct. (E. PRITZEL Pl. Austr. occ. 807).

Hakea clavata Labill. (B. V. 503).

Cuius speciei jam a cl. LABILLARDIÈRE collectae flores adhuc ignoti. Folia carnosa omnium generis longe crassissima. Quo facilius collectores plantam insignem inveniant commemorare liceat eam in collium graniticorum dorsis pr. sinum Esperance Bay se offerre (D. 5367).

Hakea orthorrhyncha F. v. M. (B. V. 503).

Flores scarlatini; folia rigidissima.

Hab. in distr. Irwin pr. Irwin Riv. juxta Mingenew in sublutosis frequens fl. m. Jul. (E. PRITZEL Pl. Austr. occ. 369, D. in hb. Berl.!).

Hakea platysperma Hook. (B. V. 505).

Area geographica fruticis 1 $^1/_2$—3 m alti nunc melius circumscribi potest; haec sunt specimina nobis visa: in distr. Avon pr. Tammin (D. 2852), in distr. Coolgardie pr. Mount Churchman (YOUNG in hb. Melbourne!), inter Boorabbin et Guardanoolagin (HELMS in exped. Elder., vidimus in hb. Melbourne!).

Hakea Preissii Meissn. (B. V. 506).

Forma typica *H. Preissii* Meissn. est silvis *Eucalypti reduncae* apertis lutoso-glareosis regionum interiorum peculiaris: est frutex 1 $^1/_2$—3 m alt. foliis glaucis rigidissimis (siccando valde deciduis) floribus parce sericeis viridescenti-flavis praeditus in distr. Avon pr. York et Northam non infrequens flor. m. Novemb. (D. 1677, 3123).

Praeterea forma horrida foliis paulo longioribus nonnullis furcato-bifidis insignis nobis obvia in distr. Coolgardie pr. Southern Cross in eucalyptetis apertis glareoso-lutosis fruct. m. Mai (D. 3137).

Affinitate naturali *Hakea Preissii* compluribus ser. *Glabriflorarum* speciebus conjungi videtur. Perianthii indumentum sericeum ipsi saepe parcissimum est, ita ut transitus ad *H. aridam* Diels, *H. recurvam* Meissn., aliasque, quae eadem capsulae forma bene designantur, non difficulter fieri possit. Multa formarum ad regiones interiores pertinentium copia adhuc incognita, discrimina specierum ulterius observanda sunt.

Hakea arida Diels n. sp.

Frutex ramosus; cortice griseo; foliis rigidis pungentibus teretibus apice mucrone atrato spinosis, infimis erectis superis nonnunquam divaricato-patentibus; fasciculi axillaris abbreviati rhachi tomentello; pedicellis glabris; perianthio glabro albido-viridi vel rubello, limbo reflexo; toro plano; ovario brevissime stipitato; glandula conspicua reniformi; stigmate laterali disciformi umbonato; fructu longiuscule stipitato ellipsoideo verruculoso-punc-

tato apice truncato vel bicorni, non raro apiculo spinescente (styli basi) armato; seminis nucleo margine basique aptero quam ala terminalis oblonga obtusa breviore.

Frutex horridus usque ad 2 m alt.; folia 2—6 × 0,15 cm.; pedicelli ca. 6 mm long.; perianthium 4—5 mm long.; stylus 5—7 mm long.; fructus stipes 1—1,5 cm long.; capsula 1,7—2 × 0,7 cm.; semen (ala inclusa) 1,5 × 0,7 cm.

Hab. in distr. Austin pr. Cue in lutosis lapidosis apertis flor. m. Jul. (PRITZEL Pl. Austr. occ. 437; D. 3284). — Fortasse (fructu non viso!) eadem in distr. Irwin pr. Mingenew in acacietis lutosis flor. m. Sept. (D. 6022).

Species (sect. *Euhakeae*) affinis *H. recurvae* Meissn. et *H. Preissii* Meissn.

Hakea recurva Meissn. (B. V. 516).

Descriptioni addendum:

Capsula stipiti conspicuo rectangulariter affixa, ellipsoidea, parte anteriore sensim attenuato apice brevissime bicorni; seminis ala unilaterali quam nucleus longiore.

Stipes ca. 1 cm long., fruct. 2 × 0,8 cm diamet., seminis nucleus 6 × 4 mm, ala 9 × 6 mm.

Qua capsulae structura hanc speciem *Hakeae Preissii* cognatibusque affinem esse apparet. Est frutex saepe elatus ($1\frac{1}{2}$—5 m alt.) ramis erectis, foliis rigidis glaucescentibus divaricato-recurvis, floribus odorem *Philadelphi coronarii* similem reddentibus, perianthio albo, stylo viridi.

Hab. in distr. Irwin pr. Northampton in acacietis glareoso-lutosis fruct. m. Jan., flor. m. Jul. (D. 2079, 3314).

Praeterea eadem species stigmatis disciformis centro elevati structura transitum *Euhakeae* ad sectionem *Conogynoides* efficit. Specimen enim in distr. Austin pr. Murrin-Murrin a cl. GEORGE collectum (hb. Berolin.!) stigmate conico insignis ceteris characteribus atque ipsa glandulae structura omnino typum refert.

Hakea Pritzelii Diels n. sp.

Frutex humilis ramis patentibus diffusis squarrosus glaber; foliis rigide-coriaceis subglaucescentibus basi auriculato-semiamplexicaulibus sublyratis apicem versus dilatatis spinuloso-dentatis vel subintegris glabris; spicis axillaribus abbreviatis; floribus pedicellatis; perianthii purpurascentis limbo recurvato; toro plano; glandula subreniformi crassiuscula; ovario per stipitem obliquum toro lateraliter inserto; stylo luteo-viridi parte supera decurvato; stigmate dilatato umbonato; fructu stipiti subrectangulo inserto, parce verrucoso vel spinuloso, seminis ala unilaterali quam nucleus sublongiore.

Frutex 25—75 cm alt. Folia 3—5 × parte anteriore 1—3 cm. Perianthium 2,5 mm long. Stylus ca. 7 mm long.

Flores odorem gravem injucundum emittunt.

Hab. loco non indicato (J. DRUMMOND hb. Melb. sub *H. prostrata* R. Br.!); in distr. Stirling prope Cranbrook in arenosis fruticulosis flor. m.

Sept. (E. PRITZEL Pl. Austr. occ. 691 sub *H. prostrata* edita; D. 4401), fruct. m. Maj. (D. 2996).

Species (Sect. *Hakea* Ser. *Glabriflorae*) affinis *H. glabellae*, a qua differt habitu, foliorum forma, florum minorum colore atque odore.

Hakea auriculata Meissn. (B. V. 510).

Typica foliis superioribus singulariter contractis insignis et floribus albis praedita a nobis observata est in distr. Irwin haud procul a Mingenew in plagis glareoso-arenosis flor. m. Sept. (D. 4263).

Hakea commutata Meissn. (B. V. 517).

Frutex circ. 1 m alt. pedicellis purpureis perianthio subviridi gaudet.

Hab. in distr. Eyre pr. Philipps Riv. in eucalyptetis lapidoso-lutosis flor. m. Oct. (D. 4851).

Hakea multilineata Meissn. (B. V. 518).

Quae species eremaea jam DRUMMONDIO obvia atque deinde a cl. MUIR, FORREST in Australia occidentali collecta aliquoties a nobis ipsis visa est: frutex elatus (3—4 m alt.) ramis foliisque erectis, inflorescentiae alabastris bracteis coriaceis obtectis valde conspicuis, perianthio purpureo.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Ghooli in lutoso-arenosis deflor. m. Oct. (E. PRITZEL leg. s. n.; D. 5471), pr. Coolgardie in collibus arenosis plerumque deflor. m. Oct. (D. 5226). — Forma similis magis angustifolia in distr. Austin pr. Menzies in lutoso-arenosis deflorata collecta (D. 5158, 5917) an non diversa sit nescimus.

Hakea undulata R. Br. (B. V. 520).

Cuius speciei forma illa angustifolia a cl. F. v. MÜLLER (Fragm. VI. 216) notata nobis praestat e distr. Avon pr. Dandarragan in declivibus glareosis fruticulosis fruct. m. Decembr. (D. 5904).

Hakea ambigua Meissn. (B. V. 523).

A F. v. MÜLLER *H. ellipticae* varietas dicta circum m. Stirling Range haud infrequens observatur et in arenosis et in glareoso-lapidosis collium (D. 2997, 4430).

Hakea falcata R. Br. (B. V. 524).

Regionum interiorum aream amplam tenere videtur; sed pr. fretum King George Sound (B. V. 524) recenter nunquam visa. Hae sunt stationes collectionum nostrarum:

In distr. Irwin pr. Mingenew in glareoso-arenosis flor. m. Sept. (D. 4262); in distr. Avon haud procul a monte M. Caroline pr. Tammin in arenosis fruct. m. Maj. (D. 2864). — Praeterea plantam foliorum forma nervisque valde conspicuis *H. cineream* R. Br. appropinquantem vidimus, quae collecta est in distr. Coolgardie pr. Boorabbin in arenosis fl. m. Nov. (E. PRITZEL in hb. Berl.!).

Hakea pycnoneura Meissn. (B. V. 525).

Quae species pulcherrima nulli quam *H. sulcatae* R. Br. affinior:

H. scopariam Meissn. etiam *H. pycnoneurae* multo propriorem existimamus quam *H. sulcatae* R. Br. typicae, quacum a cl. BENTHAM (Fl. Austr. V. 529) conjungitur. *H. pycnoneurae* typus foliis latioribus, floribus majoribus pulchre coloratis (pedicellis atroviolaceis, perianthio albo vel roseo-suffuso demum purpurascente) a *H. sulcata* R. Br. facile distinguitur. Formae intermediae nobis minus familiares ulterius observandae. Habemus *H. pycnoneurae* specimina haec:

In distr. Irwin pr. Mingenew fl. m. Jun. (PRITZEL Pl. Austr. occ. 414, D. 3057); pr. Watheroo in glareoso-arenosis fl. m. Jun. (D. 3023), haud




Fig. 17. *Hakea dolichostyla* Diels: *A* Ramus florifer. *B* Capitulum. *C* Alabastrum. *D*, *E* Squamae. *F* Flos. *G* Perianthii segmentum. *H* Discus et ovarium. *J* Styli pars superior.

proc. a monte M. Caroline juxta Tammin in arenosis fl. Jul. (leg. E. PRITZEL 3566 in hb. Berl.!) loco non indicato J. DRUMMOND, ex herb. Melbourn. in hb. Berl. sub *H. scoparia* Meissn. determin.!).

Hakea marginata R. Br. (B. V. 526).

Frutex 1/2—2 m alt. albiflorus regionibus *Eucalypti reduncae* percursis septentrionem versus riv. Moore Riv. transgreditur, ubi observavimus

in lutosis subglareosis pr. Mogumber et Moora flor. m. Juni et Aug. (D. 4073, 3092).

Hakea myrtoides R. Br. (B. V. 526).

Fruticulus ramis humifusis ac inflorescentiis splendide purpureis densifloris insignis in glareosis collium trans flum. Swan Riv. distributus.

Hakea costata Meissn. (B. V. 526).

Per districtum Avon in arenosis non infrequens (Drummond, Preiss, Pritzel, Diels) septentrionem versus flum. Greenough Riv. attingit, ubi legimus juxta pontem Mullewensem flor. m. Sept. (D. 6016).

Hakea dolichostyla Diels n. sp.

Frutex ramis patentibus; foliis (Fig. 17 *A*) rigidis coriaceis trifidis vel plurifidis parte basali indivisa saepe elongata angusta sublineari interdum dilatata segmentis divaricatis brevibus omnibus apice spinescentibus; spicae rhachi axillari abbreviata albo-tomentella; pedicellis brevibus; peranthio (Fig. 17 *E*) albo; limbo demum recurvato; toro obliquo, glandula semicupulari (Fig. 17 *H*) ambitu triangulari; ovario purpureo; stylo perianthium plus duplo superante longe exserto; cono (Fig. 17 *J*) e basi subincrassata recto.

Frutex ca. 75 cm alta. Folia 3—4 cm long., 2—4 mm lat.; segmenta lateralia 2—7 mm long. Perianthium ca. 1 cm long. Stylus 2,2—2,5 cm long.

Hab. in distr. Stirling inter King George Sound et Cape Riche in alluviis argillaceo-arenosis flor. m. Jul. (D. 3510).

Species (Sect. *Conogynoides* ser. *Enerves*) habitu *H. variae* R. Br. f. *tuberculatae* R. Br. simillima primo visu stylo longissimo ab omnibus affinioribus differt.

Hakea Lehmanniana Meissn. (B. V. 529).

Flores caesios m. Maj. et Jun. gignit, quos observavimus in m. Stirling Range collibus occidentalibus in declivibus lapidosis (D. 2992).

Banksia L. f. (B. V. 541).

Verbreitung: Die Gesamt-Verbreitung dieser prächtigen Gattung bietet ein schönes Beispiel für die Areal-Disjunktion vieler australischer Gewächse. Nach den (vorläufig noch giltigen) Feststellungen F. v. Müllers (in Trans. R. Soc. South Austr. 1892) reicht *Banksia* in Ostaustralien mit *B. marginata* bis zum Marble Range (etwa 135 ö. L.), in Westaustralien etwa bis Point Dover (126 ö. L.). Verwandtschaftlich stehen sich die Arten des Ostens und Westens noch heute recht nahe. Nur hat im Westen eine bedeutend vielseitigere Entwicklung stattgefunden, die sich namentlich in der vegetativen Sphäre machtvoll äußert.

Die Verbreitung der einzelnen Arten in Westaustralien selbst bietet interessante Probleme.

Wie im speziellen die Gattung dort vertreten ist — mit allem Vorbehalt bei der mangelhaften Erforschung und der Ungleichheit der systematischen Elemente! — ergibt sich aus folgender Tabelle:

	Zahl	davon endemisch
Coolgardie	2	1
Eyre	12	ca. 7
Stirling (inkl. King George Sound)	17	ca. 7
Warren und Darling	7	4
Avon	6	2
Irwin	9	5

Aus dieser Übersicht läßt sich zunächst entnehmen, wie stark der Südosten bevorzugt ist, wie wenig die echten Wald-Gebiete für den Polymorphismus leisten, wie das Optimum der Form-Entfaltung in den küstennahen Gebieten mit Busch-Vegetation gegeben scheint.

Andere Tatsachen ergibt erst ein näheres Eingehen auf die verwandtschaftlichen Verhältnisse dieses Materials. Die Südküste überwiegt offenbar an Wichtigkeit die Westküste; namentlich um King George Sound ist ein Brennpunkt erster Ordnung gelegen. Von den wenigen, aber zum Teil gut umschriebenen Arten des Waldgebietes (Darling-Warren) kommen (mit einer Ausnahme) schon alle Arten am King George Sound vor. Ferner strahlen von der Südostküste manche Spezies ins Innere hin aus. Die einzigen Banksien der westaustralischen Eremaea (*B. Caleyi* und die nahestehende *B. Elderiana*) sind südöstliche Typen.

Für das Waldgebiet sind *B. littoralis* und *B. grandis* die bedeutsamsten Arten. In den küstennahen Gegenden nördlich davon setzt dann ein neuer Aufschwung ein, der zum Teil selbständig eingeleitet erscheint, zum Teil durch Vermittlung der inneren Gegenden stattfindet (z. B. *B. prionotes*). Der westlichste Teil von Avon hat einzelne endemische Typen. Ganz besonders aber ragt der nördliche Abschnitt des Distr. Irwin hervor, der zwischen Hutt River und Murchison sich erstreckt. Schon Drummond, der die drei dort endemischen Banksien entdeckte, äußerte sein Erstaunen über diese unerwartete Bereicherung der Gattung hart an der Grenze der Südwest-Region. Und in der Tat verliert sie wenig an Interesse durch die Parallel-Erscheinung am entgegengesetzten Flügel der selben Region, wo fern im Südosten in *B. media*, *B. petiolaris* und *B. speciosa* herrliche Endemismen entstanden sind.

Vorkommen: Über das Vorkommen der wichtigsten Arten von *Banksia* in Westaustralien gewinnt man eine treffende Übersicht, wenn man ihre Ansprüche an die Bewässerung des Substrates in Betracht zieht. In dieser Hinsicht gibt es einige hygrophile Arten, die ganz allgemein um so mehr örtliche Feuchtigkeit des Bodens verlangen, je trockener der Standort klimatisch sich erweist. *B. occidentalis* z. B., die am King George Sound auch an mäßig befeuchteten Lokalitäten gedeiht, ist bei Esperance Bay nur noch in nassen Alluvien zu finden.

Zweifellos die wichtigste der hygrophilen Formen ist *B. littoralis* (inkl. *B. verticillata*), ein 6—8 m hoher Baum, ganz von der Tracht einiger ostaustralischer Arten, höchst bezeichnend für die Alluvien des Waldgebietes.

Auch *B. grandis* bedarf ansehnlicher Feuchtigkeit. Denn sie sucht im Norden ihres Areales mehr und mehr die Alluvien zu gewinnen. Im Süden dagegen fungiert sie allgemein als Unterholz der schattenreicheren Waldungen, gewöhnlich als 5—8 m hoher Baum, an der Südküste schließlich auch strauchig in Gebüsch-Formationen.

Diese Gebüsch-Formation auf den Konglomerat-Böden des südlichsten Granit-Landes sind, wie überhaupt an Proteaceen reich, so mit einer Fülle schöner Banksien ausgestattet. Die Spezies sind oft von lokaler Verbreitung, die Belaubung eigenartig oder zierlich, die Blütenköpfe groß und von fremdartiger Färbung.

Wo der Boden leichter und sandiger wird, pflegt *B. attenuata* sich einzustellen. Eine der verbreitetsten und äußerlich vielgestaltigsten Spezies, bewahrt *B. attenuata* stets die Vorliebe für lichte Standorte. Im Norden des Jarra-Gebietes, namentlich häufig auf den sandigen Flächen des westlichen Vorlandes sieht man sie gewöhnlich in baumförmiger Entwicklung; jenseits aber, in den trockenen Distrikten von Avon tritt sie stets strauchartig in die Bestände ein. Etwa vom Swan River an gegen Norden teilt sie dabei die Gesellschaft der *B. Menziesii*, die ebenfalls anfangs baumartig, weiterhin strauchig wächst. *B. Menziesii* ist eine prächtige Spezies, durch ihre schöne Entwicklung am Swan River übrigens gut bekannt. Dort bildet sie mit *B. attenuata* auf dem Sand ganze Bestände; beide Arten folgen auch fernerhin der Küste in einem breiten Streifen auf sandigem Lande. Während sich aber *B. Menziesii* niemals aus dieser Zone zu entfernen scheint, reicht *B. attenuata* weit hinein ins Binnenland und vereint sich dabei etwa vom Moore-River an nach Norden mit *B. prionotes*. *Banksia prionotes* kommt dorthin von Süden her: im ganzen Wandoo-Gebiet und östlich gedeiht dieser schöne hochwüchsige Strauch. Nach seinem Zusammentreffen mit *B. attenuata* bilden beide eine unverkennbare Busch-Formation am Übergang von Sand- zu Lehmboden, die in der Regenzone von ± 40 cm ungemein verbreitet ist.

Auf den reinen Sandböden leben die xerophilsten Vertreter der Gattung. Da sieht man in gerundetem Umriß die starren Formen der *B. Caleyi*, der *B. speciosa* oder der stattlich blühenden *B. sceptrum*. Da sind die ericoiden Zwergbüsche der Sekt. *Oncostylis* zu Hause, als deren Typus die so häufige *B. sphaerocephala* dienen kann. Da endlich überziehen seltsame Zwergstauden den lichten Boden; ihr unterirdisches Rhizom sendet bizarr gestaltete Laub-Büschel über die Erde. Auf den Sandflächen des Südostens begegnet man oft ihren verwegenen Gestalten.

Es sind wohl die absonderlichsten Gebilde, welche die Proteaceen in Australien erzeugt haben.

Banksia pulchella R. Br. (B. V. 544).

Floribus sulphureis ornata m. Nov. (D. 5400, 5868).

Banksia sphaerocarpa R. Br. (B. V. 546).

Planta admodum variabilis, locis valde diversis crescit atque cum in alluviis hieme inundatis et in collibus lapidosis tum in plagis arenoso-lutosis nascitur. Flores ubique aurantiacos observavimus.

Banksia occidentalis R. Br. (B. V. 546).

Orientem versus usque ad sinum Esperance Bay extendit. Quo loco fruticem 4 m altum pulcherrimum spicis scarlatinis vel purpureis onustum in depressis udis limosis natum vidimus flor. m. Nov. (D. 5327).

Banksia littoralis R. Br. (B. V. 546).

Capsulae vix tumidae compressae margine acutae nigrae albo-sericeae. Per totam Eucalypti marginatae aream pervulgata videtur. Est enim arbor conspicua in permultis alluviis inter flumen Serpentine River atque fretum King George Sound; septentrionem versus in montibus Darling Range, ubi rarius observatur, specimina typica exstant prope vicum Parkersville districtus Darling in depressis humidis. — A *B. verticillata* in regionibus freto King George Sound proximis indigena difficillime discriminanda, ut cl. F. v. Müller recte monet (Fragm. VII. 55).

Banksia Brownii Baxt. (B. V. 549).

Foliatione pulcherrima insignis haud procul a freto King George Sound (pr. Marbellup et Chockerup) in glareosis fruticosis subhumidis cum aliis Proteaceis abundat; flor. m. Sept. (D. 2368, 4385).

Banksia attenuata R. Br. (B. V. 549).

Fruticosa vel arborescens in arenosis (vel calcareis litoralibus) frequentissima pr. flumen Swan River observatur. Flores sulphurei odore fructui Ananae sunt subsimiles.

Banksia media R. Br. (B. V. 550).

Flores ochroleucos gignit.

Banksia petiolaris F. v. M. (B. V. 551).

Ab omnibus *B. repentis* formis nobis abundanter diversa: jam floribus pallide sulphureis, non fusco-purpurascentibus abhorret.

Banksia Menziesii R. Br. (B. V. 558).

Fruticosa vel arborescens; flores perianthio rubello styloque rubro ornati. Species pulchra in plagis arenosis vel lutoso-arenosis a flumine Swan River (ubi vulgaris) usque ad fl. Murchison River praecipue sublitoralis observatur.

Banksia prionotes Lindl. (B. V. 558).

Fruticosa vel arborescens, usque ad 6 m alta, cortice laevi cinereo-

glaucescente, ramis porrectis, floribus rubro-aurantiacis instructa. Per regiones interiores latius distributa, in lutoso-arenosis distr. Avon communis, prope vicum Gingin flumen Swan Riv. appropinquans usque ad flumen Murchison Riv. passim observatur, ubi *B. Victoriae* Meissn., stirps valde affinis, accedit.

Banksia Caleyi R. Br. (B. V. 560).

Est frutex hemisphaericus 1—2 m alt., ramis densis erectis, foliis glaucescentibus rigidis, spicis ad basin ramorum ortis occultis distinctus. Observavi in distr. Eyre haud procul a Philipps River in plagis lutoso-arenosis una cum Eucalyptis sparsum (D. 4732). *B. Elderiana* F. v. M. et Tate regionem interiorum valde affinis.

Dryandra R. Br. (B. V. 562).

System: Die Gattung ist in der Südwest-Region Westaustraliens endemisch. Von allen Endemismen Westaustraliens ist sie vielleicht das interessanteste und schwierigste Genus. Bentham erklärt, es sei bis jetzt kein zufriedenstellendes Gliederungs-Prinzip gefunden. Ob je ein solches entdeckt werden wird, will uns sehr zweifelhaft erscheinen. Denn der Polymorphismus von *Dryandra* trägt alle Symptome des progressiven Endemismus: es ist ein Netzwerk von Formen, deren Merkmale in mannigfachster Weise sich kombinieren. Die Zahl der beschriebenen Formen läßt sich zweifellos leicht vermehren, sobald man die von den Sammlern noch nicht berührten Gegenden durchsucht. Wie sicher man solche Funde erwarten darf, kann die Tatsache lehren, daß von den etwa 40 Arten, die Drummond gesammelt hat, nicht weniger als 10 bis jetzt nicht wiedergefunden sind, während 7 auf unseren Reisen zum ersten Mal wieder zur Beobachtung kamen. Die wirklich vorhandene Formen-Menge ist uns also sicher noch lange nicht vollständig bekannt. Ein großer Teil des vorhandenen Materials läßt wichtige Organe vermissen; so daß wir darauf verzichten möchten, von neuem eine Gliederung des Genus zu versuchen, die etwas durchaus Provisorisches behalten müßte.

Verbreitung: Die mangelnden Standorts-Angaben der Drummondschen Sammlungen lassen für mehrere Arten eine nur ± wahrscheinliche Schätzung ihrer Heimat zu. Daraus leitet sich für folgende Aufstellung eine noch größere Ungenauigkeit her, als sie sich bei *Banksia* ergeben mußte. Doch denken wir, daß die Haupt-Resultate davon wenig berührt werden.

	Zahl der Arten:	Davon endemisch:
Coolgardie	0	0
Eyre	6	3
Stirling (inkl. King George Sound)	25—30	23—28
Warren	2	0
Darling	8	5
Avon	16	11
Irwin	5	1

Es würde weit über den Rahmen dieser Fragmente hinausgehen, wenn wir näher betrachten wollten, was diese kleine Liste für den westaustralischen Endemismus und für seine Beurteilung im allgemeinen lehrt. Wir beschränken uns auf die unmittelbaren Ergebnisse für *Dryandra*; sie lassen sich kurz dahin zusammenfassen: die Polymorphie von *Dryandra* entwickelt sich an den Grenzen des südwestlichen Waldgebietes, am energischsten in der Regen-Zone zwischen 30 und 50 cm, und wird schwächer, je weiter man sich von diesen Grenzen entfernt. Die Gattung erreicht die Eremaea nicht. Im Waldgebiet selbst enthält sie nur wenige Typen. All dies läßt uns verstehen, was DRUMMOND (HOOKERS Journ. of Botany V. 403) über *Dryandra* sagt: »Während eines siebenjährigen Aufenthaltes am Swan River (d. h. Waldgebiet, Distr. Darling) hatte ich nur 7 Arten gefunden. Heutzutage (nach seinen Reisen durch die gesamte Südwest-Region) kenne ich mehr als 40; doch über ein Drittel davon sind auf eine einzige Lokalität beschränkt, und von den übrigen zwei Dritteln sind nur 2—3 Arten allgemein über das Land verteilt, selbst da, wo Boden und Lage sich gleichen«. Die letzten Sätze entsprechen nicht genau der Wirklichkeit, aber ihre Richtigstellung würde uns hier zu weit führen. Worauf es ankommt, das ist der Reichtum der inneren Rand-Gebiete des Südwestens im Gegensatz zu den Wald-Distrikten. Das stellte sich ja auch bei *Banksia* heraus, aber die Gruppierung der Tatsachen ergibt manche abweichende Züge für *Dryandra*. Sie bleibt überall in den Außenbezirken (Eyre, Irwin) stärker zurück als *Banksia*, ist in den Waldgebieten von noch geringerer Bedeutung, sie hält sich von der Eremaea vollständig fern. Die ganze Formenfülle umkränzt inseitig die Waldgebiete. Die Südküste besitzt im Distr. Stirling wiederum ein Übergewicht, aber es ist weniger ausgesprochen als bei *Banksia*, und nimmt nach Osten viel schneller und beträchtlicher ab.

Durch gleichmäßige Okkupation des Gebietes sind die *Niveae* bemerkenswert; die übrigen Sonder-Gruppen bleiben beschränkter. Es fehlen anscheinend östlich vom Stirling Range die *Floribundae*, *Formosae*, *Obvallatae*, andere überschreiten nördlich wohl nicht den Moore River (*Concinnae*, *Formosae*, *Aphragmia*). Eine wahrhaft entsprechende Darstellung aber der geographischen Verbreitung erfordert noch umfangreiche Weiterforschung.

Vorkommen: Weitaus die meisten Spezies von *Dryandra* leben auf den Konglomerat-Böden, wo so zahlreiche Proteaceen vorkommen. Dort findet man *D. nivea* im ganzen Jarra-Gebiet als niedrige, weithin kriechende Staude, die oft einen beträchtlichen Teil des Unterwuchses ausmacht. In der Nähe des King George Sound und in den oberen Regionen des Stirling Ranges nehmen hochwüchsige, schön blühende Arten an jenen dichten Gebüschen teil, die dort den steinigen Verwitterungs-Boden des Granites bedecken. In den trockenen Landschaften, wo der Wandoo

herrscht oder wo der Baumwuchs schon gänzlich aufgehört, zählt *Dryandra* wiederum eine Menge von Arten, die oft gesellig zu dekorativen Gebüschen zusammentreten. Weiter inland werden die Sträucher niedriger und starrer. In solchen vegetativ beschränkten Formen geht die Gattung auf das Sandland über: dort gibt es hartblättrige Zwergbüsche (z. B. *D. horrida*, *D. conferta*) oder staudenartige Gewächse mit unterirdischen Grundachsen, ganz nach dem Schema der psammophilen Miniatur-Banksien.

Eine Bindung des Sandbodens durch lehmige Zusätze scheint für *D. Fraseri* erforderlich, welche vom Moore River bis zum Murchison ein allgegenwärtiges Vegetations-Element entsprechender Böden darstellt.

In noch festerem Untergrund, wie ihn die Alluvionen oft besitzen, haben wir nur wenige Arten bemerkt: etwa *D. tenuifolia* und *D. floribunda*, die sehr ansehnliche Dimensionen an solchen Orten erreicht.

Die Blütenköpfe der Dryandren folgen biologisch durchaus dem Kompositen-Typus; häufig wurden sie durch zarte Farben-Kontraste zwischen Hülle und Perigon wirksam gehoben. Soweit unsere Beobachtungen reichen, erscheinen sie durchweg in der Regenzeit, bei manchen Formen sehr früh (*D. armata*, *D. horrida* im Mai, *D. Fraseri* im Juni), bei einigen (namentlich südlichen) Formen spät (*D. calophylla* im November), bei einzelnen Arten mehrere Monate hindurch, bei der überwiegenden Mehrheit aber im August und September. Die zwergigen Arten blühen übrigens oft auffallend spärlich, auch der Frucht-Ansatz bleibt nicht selten geringfügig.

Dryandra praemorsa Meissn. (B. V. 566).

Frutex procerus (altit. 3,5 m) ramis erectis suffultus, a nobis in clivis lapidosis prope Serpentine Riv. una cum *Eucalypto redunca* observatus (D. 3164).

Dryandra Fraseri R. Br. (B. V. 568). — Fig. 18.

Ab omnibus ser. *Armatarum* speciebus nobis cognitis facile discriminanda ramis nonnunquam procumbentibus, foliis glaucis, perianthii tubo roseo limbo luteo-viridi. Quae species inter riv. Moore Riv. et Murchison Riv. in plagis arenoso-lutosis frequens pervulgata (D. 2592, 3081, 3567 etc.).

Dryandra carlinoides Meissn. (B. V. 569).

Frutex $1/2$—$1\,1/4$ m alt., floribus ochroleucis ornatus. Forma typica crescit prope flumen Moore River in arenosis fruticulosis fruct. m. Mart., flor. m. Sept. (D. 2596).

Forma foliis latioribus perianthiique limbo barbato insignis observata pr. Mingenew in glareosis densius fruticulosis flor. m. Sept. (D. 4251).

Dryandra polycephala Benth. (B. V. 570).

Hab. in distr. Avon haud procul a Moore River in glareosis gregaria; flor. ochroleucos gignit m. August (D. 3945).

Dryandra Kippistiana Meissn. (B. V. 570).

Foliis rigidis patentibus eximia. Involucri squamae atro-fuscae, perianthium pallide sulphureum.

In distr. Avon locis nonnullis lutoso-glareosis observata m. Aug. flor. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. n. 590, D. 4005).

Dryandra concinna R. Br. (B. V. 571).

A nobis non nisi in declivibus fruticosis montium Stirlings Range observata. Planta foliis supra saturate viridibus subtus albis floribusque sulphureis ornata.




Fig. 18. *Dryandra Fraseri* R. Rr.: *A* Ramus florifer. *B* Bractea. *C* Perianthii segmenti pars superior. *D* Perianthium.

Dryandra conferta Benth. (B. V. 578).

Est fruticulus rigidus, $^1/_2$—1 m alt., ambitu anguste conicus, ramulis lateralibus abbreviatis densissime obsitus, floribus luteo-rubicundis ornatus.

Hab. in distr. Stirling in planitiebus pr. riv. Gordon R. summum pr. Cranbrook in arenoso-glareosis flor. m. Sept. (D. 4435) locis similibus pr. Pallinup River in arenoso-lutosis fruticulosis flor. m. Oct. (D. 4729).

Dryandra horrida Meissn. (B. V. 579).

Fruticulus $^1/_2$—$^3/_4$ m altus; folia rigidissima; involucrum pulcherrime rufum stellatim expansum; perianthium sulphureum.

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in arenosis fruticulosis flor. m. Maio, Junio (D. 2861).

Dryandra Purdieana Diels n. sp.

Frutex; ramis novellis tomentellis adultis cinereo-corticatis; foliis ambitu obovato-oblongis vel oblanceolatis pinnatifidis; lobis patentibus triangulari-oblongis sinu triangulari sejunctis apice spinescentibus supra glabris subtus albido-tomentellis venis reticulatis glabrescentibus; capitulis ramulos laterales abbreviatos terminantibus foliis floralibus obvallatis; involucr ovoidei squamis exterioribus late-ovatis ad partes expositas cinereo-tomentosis interioribus elongatis apice nigrescentibus intimis linearibus apicem versus nigris omnibus extus adpresse tomentellis; perianthii segmentis basi longe sericeis limbo glabrescente, stylo ima basi sericeo ceterum glabro, stigmate tenui vix incrassato obtusiusculo.

Frutex 1—1,25 m alt., folia 5—8 cm long. (parte supera) 2,5—3 cm lat., lobi longissimi 1—1,2 cm longi, ceteri decrescentes; involucrum 1,5—2 $\times$ 1—1,5 cm; perianthii segmenta ca. 2,5 cm, stylus 2,6—2,8 cm long.

Hab. in distr. Avon regione, quam vocant »Victoria Plains« in fruticetis lapidoso-lutosis flor. m. Aug. exeunte (D. 3972).

Variat foliis altius incisis lobis sinubus subrhomboideis sejunctis.

Hab. in distr. Avon pr. York flor. coll. Miss M. Eaton 1888 (in hb. Melbourn.!).

Species ob charactera seriei »*Obvallatarum*« Benth. inserenda affinitatem ser. *Armatarum* et *Obvallatarum* demonstrat. Quae *D. armatae* non dissimilis nisi capitulorum dispositione atque foliorum involucrique indumento, varietatis foliorum structura connexum efficit cum *D. cirsioidi* Meissn. aliisque *Obvallatis.* — Nominavi in honorem amicissimi Alex. Purdie, M. A., rerum technicarum in Australia occidentali instructionis praefecti.

Dryandra Shuttleworthiana Meissn. (B. V. 580).

Involucrum fuscum; perianthium purpureum.

In distr. Irwin non infrequens observatur m. Jun. flor. (D. 3077); flum. Murchison R. accedit (D. 5713).

Dryandra speciosa Meissn. (B. V. 580).

Stirps pulcherrima involucro rufo perianthiis rubicundis ornata.

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in arenosis fruticulosis flor. m. Jul. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 472!, D. 3561); in eadem fere regione [prob. pr. Youndegin] jam leg. Miss M. Eaton in hb. Melbourn.!.

Dryandra bipinnatifida R. Br. (B. V. 583).

In montibus Darlings Range haud infrequens visa nunquam florifera a nobis observata est.

Loranthaceae.

Nuytsia R. Br. (B. III. 387).

Dieser verwandtschaftlich ganz isolierte Baum, dessen Tracht stark an gewisse Proteaceen (*Grevillea*!) erinnert, ist endemisch in der Südwest-Region und durch seine allgemeine Verbreitung auf Sandboden höchst charakteristisch für sie.

Nuytsia floribunda R. Br. (B. III. 387).

Orientem versus ad sinum Esperance Bay progreditur.

Loranthus L. (B. III. 389).

Verbreitung und Vorkommen: Die westaustralischen Repräsentanten dieser Gattung weisen verwandtschaftlich auf den Norden des Kontinentes. Nach Südwesten nimmt die Zahl der Formen rasch ab. Von der Südküste der Südwest-Region ist unseres Wissens keine einzige Art bekannt (wie auch Tasmanien keinen *Loranthus* besitzt). *Loranthus* ist ein tropischer Eremaea-Typus in West-Australien.

Die in West-Australien vorkommenden Typen erstrecken sich fast sämtlich durch die Eremaea bis nach Ost-Australien. Demzufolge sind sie für die trockneren Teile bezeichnend und auf den Bäumen des Lehmlandes dort allgemein anzutreffen. Wie bei den *Santalaceae* (s. S. 176) schieben sie sich in den Strand-Gehölzen weiter nach Süden als sonst in den rein südwestlichen Formationen.

Die einzelnen Formen scheinen nur auf einer oder wenigen Wirts-Spezies zu leben. Daß sie in ihrer vegetativen Ausstattung mitunter auffallend der Laub-Gestaltung ihrer Nährpflanzen gleichen, ist bereits von Miquel hervorgehoben worden. Doch möchten wir darin eine reine Konvergenz-Erscheinung sehen, bei der das Abhängigkeits-Verhältnis des *Loranthus* unbeteiligt ist. Alle Arten scheinen in der Trockenzeit zu blühen.

Loranthus linearifolius Hook. (B. III. 391).

Perigonium coccineum ad limbum luteo-viride.

Hab. in distr. Austin pr. Cue in *Acacia*, flor. m. Jun. (D. 3262), pr. Murrinmurrin (George in hb. Berl.!).

Loranthus linophyllus Fenzl (B. III. 393).

Forma typica (foliis floribusque extus griseo-tomentosis) hab. in distr. Irwin pr. Northampton in *Casuarina* flor. m. Nov. (D. 5669).

Forma glabrata (*L. Preissii* Miq.) in distr. Avon et Irwin in *Acacia* frequentissima flor. m. Dec.

Loranthus gibberulus Tate.

Stirps nunc primum in Australia occidentali collecta crescit in distr. Austin pr. Murrinmurrin, ubi detexit cl. W. J. George (hb. Berl.).

Loranthus pendulus Sieb. (B. III. 394).

Folia lutescenti-viridia; perianthium coccineum.

Hab. in distr. Darling pr. Swan River in *Eucalypto gomphocephala* (D.); in distr. Avon pr. Clackline in *Eucalypto redunca* flor. m. Febr. (D. 2575).

Loranthus miraculosus Miq. (B. III. 394 sub *L. pendulo* var. *parvifloro* Benth.).

Quae forma a plantis Australiae orientalis certe diversa ulterius est observanda. Nos specimen foliis laete viridibus et floribus coccineis praeditum in distr. Irwin pr. Dongara in dunis ad ramos *Fusani acuminati* flor. m. Nov. collectum typum Miquelii referre existimamus (D. 5720).

Loranthus Quandang Lindl. (B. III. 395).

Folia carnosa cinerascentia. Perigonium viride intus purpureum. Bacca rubra.

Hab. in distr. Irwin ad ramos *Acaciae acuminatae* communis, nonnunquam una cum *L. linophyllo* in eodem ramo. Vidimus flor. m. Jun., fruct. m. Jan. (D. 3031, 2078).

Loranthus nestor Sp. Moore in Journ. of Bot. XXXV. (1897) 170.

Nuper collecta in distr. Austin pr. Murrinmurrin (George in hb. Berl.!).

Santalaceae.

Verbreitung: Viele *Santalaceae* haben eine gleichmäßige Verbreitung über weite Teile des australischen Kontinentes gewonnen. Der Osten zeigt eine gewisse Bevorzugung: einige *Santalum, Omphacomeria*, und ausgeprägte Formen von *Exocarpus* sind ihm eigentümlich. Dem hat Westaustralien nur wenige *Leptomeria* als schärfer abgesonderte Typen entgegenzusetzen.

Sämtliche Gattungen und auffallend viele Arten teilt Westaustralien mit den östlichen Staaten. Die meisten davon scheinen die Eremaea ohne größere Lücken zu durchziehen (z. B. *Fusanus spicatus*, *Choretrum glomeratum*, *Exocarpus aphylla* R. Br.). In fast allen anderen Fällen besteht wenigstens nahe Verwandtschaft hüben und drüben (z. B. *Choretrum Pritzelii* zu *Ch. spicatum*).

In Westaustralien selbst umzieht die Santalaceen-Flora der Eremaea zum Teil die Südwest-Region ringsum in schmalem Saume längs der Küste, ähnlich wie es z. B. *Callitris robusta* (s. S. 61) tut: Gute Beispiele liefern *Fusanus acuminata* und *Exocarpus spartea*. Doch besitzt das Litoral auch leichte Endemismen (*Exocarpus odorata*). Häufig in der nordwestlichen Kalk-Zone des Gestades ist *Anthobolus foveolatus*, auch zu beachten wegen seiner Verwandtschaft zum nordöstlichen Binnenland.

Es scheint, als ob vom Strande her der Südwest-Region gewisse Santalaceen-Elemente zugeflossen wären. *Choretrum lateriflorum* z. B.

bevorzugt noch heute Standorte unfern der See, wird dann aber auch binnenwärts in ursprünglichen Beständen gefunden. Nach mehreren Anzeichen sind die mit *Leptomeria squarrulosa* R. Br. verschwägerten Arten, die ausgeprägtesten Endemismen der Südwest-Region, in ähnlicher Weise von der Südküste her ausgegangen.

Vorkommen: Die Santalaceen geben der Strand-Formation charakteristische Elemente. Die fahl bläulich belaubten Büsche des *Fusanus acuminatus* mengen sich allenthalben in die Strand-Bestände, auch die blattlosen, besenartigen Gestalten der *Leptomeria Preissiana* und *Exocarpus spartea* heben sich durch ihr blasses Grün unter der Dünen-Vegetation unverkennbar hervor.

In den übrigen Genossenschaften der Südwest-Region treten zwar vielfach Santalaceen in den Bestand ein, aber nirgends so zahlreich, um für die Physiognomie Bedeutung zu gewinnen. Sogar das Unterholz der Waldungen enthält einige zarte *Leptomeria*-Arten.

Größer wiederum stellt sich ihre Wichtigkeit in der Eremaea heraus. *Fusanus acuminatus* und der Sandelholz liefernde *F. spicatus* R. Br. reihen sich unter die häufigeren Elemente des xerophilen Gebüsches, auch *Exocarpus aphylla* R. Br., ein überaus starrer Busch des dürren Binnenlandes, ist auf steinigem Lehmboden ziemlich sicher zu erwarten.

Fusanus (B. VI. 215).

Fusanus acuminatus R. Br. var. **angustifolia** (A. DC.) Benth. (B. VI. 216).

Forma per distr. Coolgardie haud raro observatur atque inde distr. Eyre (pr. Philipps River) invadit.

Choretrum R. Br. (B. VI. 217).

Choretrum Pritzelii Diels n. sp.

Frutex; ramis numerosis lutescenti-viridibus virgatis rigidis (costis a basi squamarum delapsarum decurrentibus) angulatis; squamis pallidis mox deciduis; bracteis magis persistentibus subulatis acutis; bracteolis 4 inaequalibus: 2 late reniformibus erosulis, 2 minoribus; floribus solitariis sessilibus; perianthii albi tubi parte adnata brevissima margine 5-lobata prominula quasi calycem efformante, segmentis liberis carnosis in parte anteriore incrassata incurvata valde excavata stamina foventibus eaque subincludentibus; disco amplo purpureo inter petala in costulam glanduliformem producto.

Frutex 1,7—2 m alt; bractea circ. 1,5 mm long., bracteolae majores 1—1,2 mm lat.; perianthii segmenta 1,5 mm long.

Hab. in distr. Irwin ad Greenough River juxta pontem Mullewensem in fruticetis *Casuarinae campestris* sublutosis flor. m. Jul. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 418, D. 3300).

Species nova habitu *C. spicatum* F. v. M. (Australiae orientalis) accedens praecipue ramis angulatis costatis et floribus minus confertis ab illo distat. Species generis ceterae multo graciliores sunt.

Choretrum lateriflorum R. Br. (B. VI. 219).

In distr. Warren usque ad King George Sound observatur. Vidimus pr. Denmark in fruticetis silvarum *Eucalypti diversicoloris* fruct. m. April. (D. 2717); pr. Albany in fruticetis arenosis (D. 2395).

Leptomeria R. Br. (B. VI. 219).

Leptomeria Preissiana DC. (B. VI. 221).

Planta typo regionis Swan River simillima crescit in distr. Coolgardie pr. Karalee in fruticetis arenosis aridis flor. m. Novemb. (D. 5578).

Leptomeria empetriformis Miq. (B. VI. 224).

Quam speciem a *L. Cunninghamii* Miq. haud diversam existimamus.

Leptomeria pachyclada Diels n. sp.

Frutex humilis rigidus ramosus in statu florendi aphyllus; ramis crassis lutescenti-viridibus erectis interdum spinescentibus teretibus vix striatis basibus squamarum delapsarum nigro-punctatis; racemulis abbreviatis; bracteis mox deciduis; floribus pedicellatis; perianthii segmentis albis quasi calceoliformibus: sub apice incrassata valde excavatis ibique antheras obtegentibus; disco quinque-lobato inter stamina producto.

Frutex circ. 75 cm alt.; pedicellus circ. 2 mm long.; perianthium 2,5 mm diamet.

Hab. in distr. Eyre a sinu Esperance Bay septentrionem versus in fruticetis apricis aridis argillaceo-arenosis flor. m. Novemb. (D. 5447). Eandem plantam in eodem districtu a Maxwell collectam vidimus in hb. Berol.

L. pachyclada a *L. spinosa* DC. proxima differt ramis crassioribus laevioribus vix striatis; racemulis majoribus, pedicellis longioribus; perianthii segmentis magis calceoliformibus.

Anthobolus R. Br. (B. VI. 226).

Anthobolus foveolatus F. v. M. (B. VI. 226).

Flores luteo-virides; antherae albae. Fructus scarlatinus.

Species per distr. Irwin in litoralibus (formationis calcareae) arenosis ab Irwin River ad Sharks Bay divulgata est atque septentrionem versus Gascoyne River attingit. Floret m. Aug. et Sept., fructus maturi m. Dec.

Exocarpus Lab. (B. VI. 227).

Exocarpus spartea R. Br. (B. VI. 229).

Species polymorpha in variis stationibus et litoralibus et interioribus observatur. Flores aurantiaci.

Exocarpus aphylla R. Br. (B. VI. 229).

Per Eremaeae districtus haud infrequens. Flores luteo-virides. Vidimus

in distr. Coolgardie pr. Southern Cross et Kanowna (D. 3138, 1701), in distr. Austin pr. Cue nec non ad Gascoyne River pr. Carnavoon (D. 3728).

Olacaceae.

Olax L. (B. I. 391).

Olax phyllanthi (Lab.) R. Br. (B. I. 391).

Fruticulus pallide viridis glaucescens odorem *Allii* spargit.

Olax Benthamiana Miq. (B. I. 393).

Quae species non solum in litoralibus sed etiam in interioribus viget, e. g. in distr. Darling pr. Greenbushes in silvis fruticosis glareosis flor. m. Aug. (D. 3879).

Polygonaceae.

Emex Necker (B. V. 262).

Emex australis Steinh. (B. V. 262).

In distr. Darling pr. Perth in arenosis a nobis collecta, an spontanea? (D. 2439). In distr. Austin litorali pr. Carnarvon in lutosis nudis abundat (D. 3740). Flores viriduli, antherae fuscae.

Chenopodiaceae.

System: Die in Westaustralien reichlich vertretene Gattung *Rhagodia* ist von *Chenopodium* nur schwach verschieden. Mehrere der ihr zugerechneten Arten sind hinsichtlich ihrer Frucht noch unbekannt und deshalb nicht mit Sicherheit zu klassifizieren.

Die Entwicklung der Chenopodiaceen hat im Gebiete von Westaustralien wenig Eigentümliches hervorgebracht. Vielmehr bildet die Eremaea von Gesamt-Australien ein recht gleichmäßig ausgestattetes Entfaltungs-Areal der Familie. Nur innerhalb des *Kochia*-Kreises deuten sich einige spezifisch westliche Entwicklungs-Reihen an; dazu ist auch *Didymanthus* zu rechnen.

Verbreitung: Die Familie gehört in Westaustralien zu den echten Eremaea-Typen: die meisten Arten sind durch die Trocken-Gebiete von ganz Australien weit verbreitet. In Anbetracht ihrer ungenügenden Erforschung läßt es sich noch nicht entscheiden, ob die wenig zahlreichen Formen, die man gegenwärtig nur aus dem Westen kennt, wirklich dort endemisch sind. Viele Funde der neueren Zeit (vgl. F. v. Müller in Fragm. XII. p. 12 ff. und diese Abhandlung p. 181, 185) mahnen zur Vorsicht. Vorläufig sind es gewisse *Atriplex*, z. B. die prächtige *A. isatidea*, mehrere *Kochia*-Arten und *Didymanthus*, welche die wesentlichsten der westaustralischen Endemismen ausmachen würden.

Die Verteilung der Familie in West-Australien erstreckt sich über die gesamte Eremaea. Sie greift ferner hinein in die Übergangs-Land-

schaften der Südwest-Region, überall dort, wo Eremaea-Vegetation die Formationen beherrscht. Außerdem erstreckt sie sich längs der Küste am ganzen Strande entlang. Während aber diese halophile Litoral-Flora in der Südwest-Region von der Binnen-Flora durch die Wald- oder Sandgebiete isoliert ist, stoßen im Distr. Austin und vermutlich auch am Ostende des Distr. Eyre beide unmittelbar zusammen, so daß ähnlich wie z. B. bei *Amarantaceae* oder *Myoporaceae* ein reger Austausch stattfinden konnte, der noch in vielen Einzelfällen sich nachweisen läßt (*Atriplex halimoides* ein Beispiel für viele!). Eine lohnende Aufgabe wäre es, zu untersuchen, wie sich der Salz-Genuß der Arten an den verschiedenen Örtlichkeiten ihrer weiten Wohn-Gebiete gestaltet.

Vorkommen: Damit würde auch die Frage erledigt werden können, ob die Vertreter der Familie stets Chlorid-Anreicherung im Boden verraten. In den Litoral-Formationen ist z. B. *Rhagodia Billardieri* eine gewöhnliche Erscheinung. *Atriplex paludosa* u. a. bewohnen salzigen Schlick; die schon genannte *Atriplex isatidea* fesselt als stattliches Dünen-Gewächs den Blick. Alle diese Pflanzen sind natürlich Halophyten. Dagegen bleibt es unsicher, ob auch die Binnen-Chenopodiaceen sämtlich Salzpflanzen sind. Für viele ist es ja nicht zu bezweifeln: man sieht sie (wie *Frankeniaceae*) die mit Salz-Auswitterung bedeckten Mulden am Rande umsäumen. Andere Spezies aber werden nur auf steinigem Lehmboden angetroffen, dessen Chloridgehalt uns nicht näher bekannt ist. Dort leben die niedrigen Kochien mit ihren zierlichen Früchten und die zahlreichen *Bassia*-Formen. Auffallend aber vor allem sind die halbstrauchigen *Atriplex*- und *Chenopodium*-Arten, die »salt-bushes« der Kolonisten. Aus ihrer Zahl ist *Chenopodium Preissii* im innern Westaustralien eine der weitest verbreiteten Spezies. Bedeutsamer aber noch wird *Atriplex Drummondii* in der ganzen Eremaea des Westens. Der Busch bildet oft wesentlichen Niederwuchs in den lichten *Eucalyptus*-Beständen; so massenhaft tritt er zuweilen auf, daß die Vegetations-Szenerie von dem Kontrast seines mattsilbernen Laubes mit dem rotbraunen Boden und den dunkelgrünen Wipfeln der Bäume physiognomisch bestimmt wird.

Rhagodia R. Br. (B. V. 151).

Rhagodiae species regionum interiorum admodum confusae videntur; sed cum Moquinii typos accedere non potuerimus, genus ulterius inquirendum botanicis indigenis recommendare liceat.

Rhagodia Gaudichaudiana Moq. (B. V. 154).

Fructu luteo vel rubro gaudet. Vidimus speciem pulchram in distr. Austin loco classico pr. Carnarvon in lutosis subnitosis frequ. flor. m. Aug. (D. 3738).

Chenopodium L. (B. V. 157).

Chenopodium Preissii (Moq.) Diels (B. V. 155, sub *Rhagodia*; cfr. F. v. Müller in Fragm. XII. 15).

Species (specimine typico [Preiss n. 125] admodum juvenili) aliquantum dubia. Perianthium fructiferum non succosum (ut jam cognovit F. v. Müller); semen aterrimum nitens. Forma quaedam, quae typum illum optime referre videtur, per interiora in eucalyptetis lutosis diffusa est: in distr. Avon pr. Tammin (D. 5964); in distr. Coolgardie pr. Bullabulling (D. 5211), pr. Gilmores (D. 6098); in distr. Eyre pr. Philipps River (D. 4859). Stationes plures reperiri possunt apud F. v. Müller Fragm. XII. 15.

Chenopodium microphyllum F. v. M. (B. V. 161).

Adhuc ex Australiae partibus occidentalibus ignota nunc observata est in distr. Eyre pr. Philipps Riv. in eucalyptetis lapidoso-lutosis flor. m. Oct. (D. 4860).

Dysphania R. Br. (B. V. 164).

Dysphania plantaginella F. v. M. (B. V. 164).

Reperta est in distr. Austin litorali pr. Sharks Bay ad ostium Gascoyne Riv. in arenosis flor. m. Aug. (D. 3698). — Jam cl. Pollack e regionibus illis eam retulit (F. v. Müller Fragm. XII. 17).

Atriplex L. (B. V. 165).

Atriplex Moquinianum Webb (B. V. 169).

Quam collegimus in regione tropica pr. Roeburne in lutosis nudis una cum *Bassia hostilis* Diels flor. m. Apr. (D. 2761).

Atriplex paludosum R. Br. (B. V. 169).

Typica ad ipsam maris oram una cum *Salicorniis* atque *Samolo* viget haud longe a freto King George Sound (D. 2384).

Atriplex Drummondii Moq. (B. V. 170). — Fig. 19 *A—E*.

Est species nobis adhuc aliquantum dubia. Specimine authentico in hb. Melbourne viso *Atriplicem* illum per regiones Eremaeae occidentales pervulgatum ad *A. Drummondii* Moq. pertinere existimamus. Est fruticulus 0,5—0,75 m alt., foliis parvis obovatis crassis (Fig. *A*, *C*) subargenteis, valvis fructiferis plerumque basi cordatis (Fig. 19 *D*, *E*) insignis ideoque ab *A. nummulario* Lindl. diversa, quocum v. cl. Spencer Moore (Journ. Linn. Soc. XXXIV. 217) id confudisse videtur. Quomodo autem ubique ab *A. cinereo* separari possit nobis parum lucidum est.

Habemus specimina quae sequuntur permulta: e distr. Austin: Iles steriles (hb. Berl. ex herb. Paris. commun. 1819); pr. Murrinmurrin (W. J. George in hb. Berlin!); distr. Avon prope Wyola in eucalyptetis lutosis ♂ et ♀ flor. Oct. (D. 5041); in distr. Coolgardie in eucalyptetis lutosis communis et gregaria: pr. Southern Cross (D. 1707),

pr. Dundas (D. 5467); in distr. Eyre pr. Philipps Riv. eisdem fere locis flor. m. Oct. (D. 4845).

Atriplex quadrivalvatum Diels n. sp.

Perennis multicaulis cinerea e basi ramosissima, ramis basi procumbentibus lignescentibus mox adscendentibus cum foliis perianthiisque pilis vesiculosis dense vestitis, foliis breviter petiolatis ellipticis vel suborbicularibus integris, floribus (dioicis?) axillaribus fasciculatis; perianthii




Fig. 19. *A—E Atriplex Drummondii* Moq.: *A* Rami floriferi ♂ pars superior. *B* Flos ♂. *C* Rami floriferi ♀ pars superior. *D*, *E* Perianthium fructiferum. — *F*, *G Atriplex quadrivalvatum* Diels: Perianthium fructiferum.

fructiferi (Fig. 19 *F*, *G*) subsessilis valvis cordato-triangularibus plurifidis dorso valvula accessoria exteriore simili paulo minore auctis.

Planta 10—25 cm alt.; folia 3—5 mm diamet.; valva (interior) 3—3,5 mm diamet.; valvula (exterior) 2,5 × 1,5 mm.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Bullabulling in eucalyptetis apertis lutosis fruct. m. Oct. (D. 5212).

Species nova nulli nisi *A. fissivalvi* F. v. M. comparanda, a qua foliorum forma valvulaque exteriore magis conspicuo nec non vestimento totius planta facile distinguitur.

Atriplex hymenothecum Moq. (B. V. 173).

Hab. in distr. Avon pr. Waeel in lutoso-argillaceis nitrosis deflor. m. Oct. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 899, D. 4992).

Atriplex velutinellum F. v. M. (B. V. 174).

In Australia occidentali prius non observata a nobis collecta est in districtus Austin regione litorali pr. Carnarvon in lutosis nitrosis una cum Salicorniis aliisque Salsolearum stirpibus flor. m. Aug. (D. 3732).

Atriplex halimoides Lindl. (B. V. 178).

Hab. in districtu Austin litorali pr. Carnarvon in campis lutosis nudis una cum Salicorniis flor. m. Aug. (D. 3733).

Atriplex semibaccatum R. Br. (B. V. 175).

Observata est in distr. Coolgardie pr. Bullabulling in fruticetis apertis lutosis flor. m. Oct. (D. 5213).

Kochia Schrad. (B. V. 183).

Kochia amoena Diels n. sp.

Fruticulus humilis ramis numerosis decumbentibus praeditus; ramulis parte infera floriferis adscendentibus, albo tomentellis; foliis carnosis e basi dilatata subspathulatis pilosis; perianthio fructifero (Fig. 20 *C*) apice alis 5 horizontalibus separatis obcordatis roseis subcoriaceis utrinque adpresse hirsutis ornato.

Folia 5—6 mm long., circ. 3—4 mm lat., perianthii fructiferi limbus 5-alatus 4—5 mm diamet.

Hab. in distr. Coolgardie vic. Bullabulling in lutosis nudis fruct. m. Oct. (D. 5200).

Kochia foliorum forma facile recognoscenda perianthii fructiferi structura *K. fimbriolatam* F. v. M. atque *K. brevifoliam* R. Br. accedit; a priore appendicibus perianthii apicalibus nullis, a *K. brevifolia* alis perianthii dense hirsutis praeter folia differt.

Kochia polypterygia Diels n. sp.

Frutex fragilis ambitu rotundatus; ramulis novellis albo-tomentosis; foliis carnosis succulentis glaucis novellis albo-tomentosis adultis adpresse pilosis; perianthio fructifero alis albido-viridulis hyalinis siccando fuscescentibus ornato: alis apicalibus horizontalibus $\pm$ in membranam disciformem coalitis; perianthii (Fig. 20 *E*, *F*) tubo angulato alis angustissimis raro latioribus praedito, basi autem iterum alis circ. 5 $\pm$ coalitis instructo.

Frutex 25—75 cm alt.; folia 1—1,5 cm $\times$ 1,5—2 mm; perianthium fructiferum circ. 3—3,5 mm long. et lat.; membrana supera circ. 9 mm diamet.; membrana infera 6—7 mm diamet.

Hab. in distr. Austin litorali ad flum. Gascoyne Riv. infimo pr. Carnarvon in planitiebus lutosis gregaria interdum praedominans fruct. m. Aug. (D. 3711).

Species nova *K. tripterae* Benth. proxima videtur, sed alis basalibus primo visu discriminatur.

Kochia triptera Benth. (B. V. 185).

Hab. in distr. Austin pr. Murrinmurrin (George in hb. Berl.); pr. Lake Austin (King in hb. Berl. ex hb. Melbourne).

Kochia Georgei Diels n. sp.

Frutex ramis junioribus albo-tomentosis; foliis carnosis novellis albo-tomentellis demum adpresse pilosis semiteretibus; perianthio fructifero




Fig. 20. *A, B Kochia glomerifolia* F. v. M. et Tate: *A* Habitus. *B* Perianthium fructiferum immaturum. *C Kochia amoena* Diels. *D Kochia Georgei* Diels. *E, F Kochia polypterygia* Diels: Perianthia fructifera.

(Fig. 20 *D*) glabro conspicue obpyramidato, apice alis horizontalibus in membranam disciformem amplam integram vel semel interruptam coalitis ornato, siccando nigrescente, alis verticalibus nullis.

Folia adulta circ. 1 cm long., 1—2 mm lat.; perianthium fructiferum 4—5 mm long. atque ad limbum 4—5 mm lat.; membrana 1,2—1,3 cm lat.

Hab. in distr. Austin pr. vic. Murrinmurrin (W. J. George in hb. Berl.!).

Species *K. villosae* Lindl. proxima differt perianthio fructifero multo majore obpyramidato; a *K. triptera* Benth. differt perianthii tubo aptero.

Kochia villosa Lindl. (B. V. 187).

In distr. Coolgardie compluribus locis nobis obvia per distr. Austin ad sin. Sharks Bay progreditur atque in Australia occidentali admodum polymorpha videtur.

Kochia glomerifolia F. v. M. et Tate in Trans. R. Soc. South Austr. XVI 345.

Haec mira species (Fig. 20 *A*) nuper e distr. Austin pr. Murrinmurrin missa (W. J. George in hb. Berl.!); quare inter Victoria Spring et flum. Murchison super. (F. v. Müller l. c.) statio intermedia praebetur.

Didymanthus Endl. (B. V. 193).

Didymanthus Roei Endl. (B. V. 193).

Formam typicam vidimus in distr. Avon magis orientali pr. Waeel in argillaceis nudis nitrosis fr. m. Oct. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. n. 898!). Fructus alae purpurascentes. — Forma gracilior fructus pilosuli alis angustioribus cognoscenda observatur in distr. Austin litorali pr. Sharks Bay juxta Carnarvon in fruticulosis lutosis nitrosis fl. m. Aug. (D. 3642).

Babbagia F. v. M. (B. V. 192).

Babbagia dipterocarpa F. v. M. (B. V. 192).

Nunc primum in Australia occidentali observata in distr. Austin litorali pr. Sharks Bay juxta Carnarvon caespites intricatos carnosos laete virides formans in lutosis nudis flor. et fructif. m. Aug. (D. 3710).

Bassia (B. V. 189 ff.).

Bassia (Anisacantha) hostilis Diels n. sp.

Frutex; ramis intricatis; foliis laete viridibus carnosis succulentis glabris clavato-oblanceolatis apice nonnunquam apiculatis; floribus (an semper?) dioicis; floris ♀ perianthii lobis ciliato-villosulis spinis inaequalibus uno plerumque mox reducto ceteris basi membrana angusta inter se conjunctis; perianthii fructiferi tubo brevissimo late adnato, spinis plerumque 4 validis lignescentibus quam maxime divaricatis.

Frutex usque ad 75 cm alt.; folia circ. 1 cm long.; perianthium floriferum ♀ circ. 2 mm long.; ejus spinae 3—6 mm long.; styli 3—4 mm long.; perianthium fructiferum ca. 4 mm long., 3 mm lat.; spinae 7—10 mm long.

In regionis tropicae districtu sin. Nichol Bay adjacente pr. Roeburne in arenosis aridis nudis una cum *Atriplice Moquiniana* Webb. flor. ♀ m. April (D. 2762).

Species nova floribus dioecis spinisque basi conjunctis insignis notis nonnullis ad *Bassiam divaricatam* (R. Br.) F. v. M. accedere videtur.

Bassia (Chenolea) eurotioides F. v. M. (B. V. 191).

Hab. in distr. Austin litorali pr. Carnarvon in campis lutosis nitrosis una cum Salicorniis flor. m. Aug. (D. 3734!)

Bassia (Sclerolaena) diacantha (Moq.) F. v. M. (B. V. 195).

Hab. in distr. Coolgardie pr. Bullabulling in eucalyptetis apertis lutosis fruct. m. Oct. (D. 5201!).

Bassia (Sclerolaena) lanicuspis F. v. M. (B. V. 195.).

Hab. in distr. Austin pr. Murrinmurrin (W. J. George in hb. Berl.!) pr. Cue in campis lutosis aridis flor. et fructif. m. Jun. (D. 3264). — Prope Gascoyne River v. cl. Sir John Forrest jam prius illam collegisse F. Müller olim narravit (Plants indig. around Sharks Bay p. 10 [1883]).

Bassia (Sclerolaena) litoralis Diels n. sp. — Fig. 21 *A—C.*

Frutex intricatus ambitu rotundatus laete viridis; ramis saepe basi decumbentibus, ramulis striatis; foliis succulentis subteretibus glabris; floribus axillaribus solitariis; perianthio fructifero (Fig. 21 *B, C*) osseo e basi dilatata breviter cylindraceo medio saepe leviter constricto longitudinaliter costulato




Fig. 21. *A—C Bassia litoralis* Diels: *A* Habitus rami fructiferi. *B, C* Perianthium fructiferum. — *D—F Threlkeldia drupata* Diels: *D* Habitus rami fructiferi. *E* Flos. *F* Drupa.

limbo dentibus 2 brevibus appropinquatis spinisque 2 longioribus divergentibus apice decurvis armato.

Frutex circ. 25—40 cm alt.; folia circ. 1 cm long.; perianthium fructifer. 3 mm long., 2 mm lat.; spinae circ. 2 mm long.

Hab. in distr. Austin litorali ad Sharks Bay pr. Carnarvon in campis lutosis nitrosis una cum Salicorniis fruct. m. Aug. (D. 3735.).

Species nova inter *Threlkeldiam* et *Sclerolaenam* quasi intermedia. Habitu primam accedens ob spinas duas conspicuas *Sclerolaenae* attribuenda est.

Threlkeldia R. Br. (B. V. 196).

Threlkeldia drupata Diels n. sp.

Fruticulus ramosus intricatus, ramis diffusis decumbeatibus ramulosis,

ramulis adscendentibus carnosis striatis; foliis alternis carnosis succulentis glabris e basi incrassata oblanceolatis acutis; floribus polygamis (?) solitariis axillaribus; perianthio florifero basi obliqua excavata margine dura adnato, urceolato vel subgloboso infra lobos puberulos parvos leviter marginato; staminibus 3; stylo ad ramorum 2 iuncturam subincrassato ibique pilosulo; perianthio fructifero drupaceo subgloboso; exocarpio succoso atropurpureo.

Folia 0,8—1 × 0,2—0,3 cm; perianthium florifer. 2—3 mm; fructiferum paulum ampliatum.

Hab. in distr. Irwin juxta sinum Champion Bay in formationis calcareae litoralis dunis arenosis flor. et fruct. m. Jan. 1901 (D. 2047).

Species et androeceo triandro et perianthio drupescente valde insignis habitu *Th. diffusae* haud dissimilis.

Salsola L. (B. V. 207).

Salsola Kali L. (B. V. 207).

Observatur cum litoralis in distr. Darling pr. Bunbury in dunis orae proximis (forma foliis late hyalino-marginatis) fruct. m. Febr. (D. 2551) tum in interioribus districtus Austin pr. Cue, ubi forma foliis brevissimis recurvis in campis lutosis nudis aridis haud infrequens fruct. m. Jun. (D. 4296).

Amarantaceae.

Verbreitung: Die drei für Westaustralien vorzüglich bezeichnenden Gattungen *Trichinium, Dipteranthemum* und *Ptilotus* stehen sich verwandtschaftlich so nahe, daß ihre Verbreitung gemeinsam besprochen werden kann.

Die Amarantaceen Australiens sind echte Eremaea-Pflanzen. Viele typische Spezies besitzen die charakteristische Verbreitung durch die gesamten Trocken-Gebiete Australiens (z. B. *T. obovatum, T. alopecuroideum*, *T. corymbosum*, *T. exaltatum*, *T. spathulatum*). Im Gegensatz zu andern Eremaea-Gruppen aber hat die Familie im Süden keinerlei bedeutendere Bildungs-Herde aufzuweisen; ihr Schwerpunkt liegt unverkennbar im Norden, wahrscheinlich in den nordwestlichen Tropen, wo bis in die jüngste Zeit fortwährend neue eigentümliche Formen aufgefunden worden sind. Von dort leitet sich ein starker Einfluß auf das extratropische Westaustralien her, das in seinem nördlichen Eremaea-Bezirk, also im Distr. Austin, weitaus die größte Anzahl von Amarantaceen besitzt. Auch die relativ bedeutende Summe in dem küstennahen Irwin-Distr. rührt von Norden her.

Dem entspricht die schnelle Abnahme der Familie nach Süden hin. Die Südwest-Region nimmt zwar einzelne Arten des Innern in gewisse Formationen auf; als eigentümlich aber hat sie wohl nur die schöne

T. Manglesii hervorgebracht, die übrigens die Südküste nicht einmal zu erreichen scheint. Die vorliegenden Nachweise stellen es sogar als zweifelhaft hin, ob *Trichinium* resp. *Ptilotus* zwischen Cape Leeuwin und Cape Riche überhaupt vertreten sind. Befremdend ist die Spärlichkeit von *Trichinium* in dem trockenen Distr. Eyre und im südlichen Abschnitt von Coolgardie. Dort werden z. B. die nordwärts so gemeinen *T. obovatum* und *T. helipteroides* vermißt, und auch *T. alopecuroideum* und *T. corymbosum* scheinen zum mindesten spärlich zu werden.

Vorkommen: Die steinigen roten Lehmflächen der Eremaea liefern weitaus die größte Ausbeute an Amarantaceen. Da bemerkt man überall die kugeligen Sträucher des *Trichinium obovatum* — eines der häufigsten Eremaea-Büsche —, die stattlichen Stauden von *Trichinium exaltatum* mit ihren prächtig purpurnen Blütenähren und irgend eine von den kleinen Arten in rasigem Wuchs. Auch in den Übergangs-Zonen der Südwest-Region spielt die Gruppe eine bedeutsame Rolle im Unterwuchs der lichten Savannen-Wälder. Sehr effektvoll heben sich dort die rosenroten Blütenkugeln des *T. Drummondii* aus dem Kraut-Bestande hervor, der schon vergilbte Farben angenommen hat, wenn die *Trichinium*-Blüte am schönsten ist.

In den Wald-Gebieten des Südwestens verliert sich die Gruppe fast ganz, gewinnt aber (gleich vielen andern Eremaea-Typen) von neuem an Bedeutung in der Litoralkalk-Zone. Mehrere Arten werden dabei vegetativ beeinflußt: *T. laxum* fällt durch gestreckte Internodien auf. Auch *T. divaricatum* erreicht eine ungewöhnliche Höhe; wir sahen nördlich der Champion-Bay an 2 m hohe, fast klimmende Pflanzen dieser schönen Spezies. Sogar *T. obovatum* verrät in litoralen Lagen lianenhafte Neigungen.

Trichinium B. Br. (B. V. 217).

Trichinium obovatum Gaud. (B. V. 220).

Species per totam Eremaeam pervulgata est admodum polymorpha. Stationes in Australia occidentali maxime meridionales nobis notae sunt quae sequuntur:

In distr. Irwin pr. Port Gregory in declivibus calcareis lapidosis fruticosisque, forma humilis ramosissima foliis discoloribus tenuioribus, bracteis obtusissimis pilosis, pilis perianthii strictis insignis fortasse species propria existimanda, flor. m. Novemb. (D. 5689); — in distr. Coolgardie pr. Southern Cross in lutosis glareosis nudis deflor. m. Novemb. (E. Pritzel Pl. Austr. occid. 69; D. 1714).

Trichinium alopecuroideum Lindl. (B. V. 224).

Septentrionem versus distr. Austin litoralem pr. Carnarvon ingreditur; ibi humilis floribus viridibus nascitur (D. 3671). Species in districtibus meridionalibus abesse videtur.

Trichinium macrocephalum R. Br. (B. V. 225).

Nunc primum in Australia occidentali repertum crescit in distr. Austin pr. Cue in lutosis apertis flor. m. Jun. (D. 3271).

Trichinium siphonandrum Diels n. sp.

Perennis partibus novellis atque imprimis foliorum axillis lanuginosis adultis glabratis; foliis laete viridibus (siccis granulatis) crassis carnosis



Fig. 22. *A—C Trichinium exaltatum* (Nees) Benth.: *A* Habitus. *B* Bractea. *C* Flos expansus. — *D, E Trichinium siphonandrum* Diels: *D* Flos expansus. *E* Bractea.

obovatis inferioribus in petiolum angustatis superioribus subsessilibus omnibus apiculatis margine undulato subcartilagineo praeditis, venis

imprimis subtus prominentibus pallidis; spicis demum ellipsoideis; rhachi tomentella; bracteis hyalinis transverse-ovalibus apiculatis (Fig. 22 *E*); perianthii segmentis basi in tubum coalitis anguste lineribus extus longe pilosis viridibus hyalino-marginatis; staminibus in tubum altum connatis (Fig. 22 *D*); ovario longe stipitato dense piloso.

Caules 20—50 cm alt.; foliorum (inferiorum) petioli 0,5—3 cm long., lamina circ. 6 × 3—4 cm diamet.; spicae 3—4 × 2—2,5 cm diamet.; bracteae 8 mm diamet.; perianthii tubus 3—4 mm long.; segmenta circ. 14 × 1—2 mm; staminum tubus 7—8 mm long., filamenta libera 0,5—0,7 mm long.

Hab. in regione tropica boreali-occidentali a sinu Nichol Bay meridiem versus in apertis lutosis flor. m. April. (D. 2804).

Species staminibus alte connatis atque ovario longe stipitato villoso praeter cetera distincta.

Trichinium corymbosum Gaud. (B. V. 226) (*Ptilotus hemisteirus* F. v. M.).

In areae regionibus magis austro-occidentalibus, i. e. in distr. Avon, magis elata atque inflorescentiis nonnunquam ellipsoideis (non subglobosis) floribusque pallidioribus invenitur. Specimina in regionibus interioribus nata rigida humilia spicis subglobosis excellunt.

Trichinium exaltatum (Nees) Benth. (B. V. 227).

Stirps speciosa (Fig. 22 *A—C*) per distr. Coolgardie communis in distr. Austin ingreditur, unde pr. Murrinmurrin nuper repperit cl. George (in hb. Berl.!).

Trichinium declinatum Moq. (B. V. 230).

Perianthio saturate purpureo inter affines excellit. Hab. in distr. Darling et Avon in lutosis nudis flor. m. Novemb. et Decemb.

Trichinium helipteroides F. v. M. (B. V. 231).

Est species per distr. Austin (e. g. Menzies, Murrinmurrin, Cue) frequentissima (Spencer Moore, W. J. George, D. 3284. 5126).

Trichinium Stirlingii Lindl. (B. V. 232).

A distr. Avon (Moora, D. 5738) septentrionem versus pervulgatum est

Trichinium laxum Benth. (B. V. 233).

In distr. Eyre pr. Esperance in dunis calcareis collecta fl. m. Novembr. (D. 5824). Eadem forma in distr. Darling pr. Swan River in eisdem fere dunis una cum *Pimelea rosea* crescit fl. m. Novemb. (D. 1600, E. Pritzel Pl. Austr. occ. n. 187).

Trichinium striatum Moq. (B. V. 233).

Stationes dubias »Port Gregory« atque »Dirk Hartogs Island« ad *T. divaricatum* trahendas putamus, cum *T. striatum* Moq. typicum nullo loco in distr. Irwin, sed in distr. Avon (a Drummondio bene explorato) haud procul a flum. Moore Riv. in argillaceo-lutosis flor m. Novembr. repperimus (D. 5731).

Trichinium Drummondii Moq. (B. V. 235).

Est planta habitu valde variabilis atque per longos Australiae occidentalis tractus pervulgata. Caules semper stricti nunc non nisi basi parce ramosi nunc (praesertim ramis primariis pecore destructis) ramosissimi virgati caespitosi; folia nunc lineari-lanceolata plana nunc sparsa linearia vel filiformia; flores amplitudine variabiles nunc purpurei nunc pallidi fere albi; ovarium glabrum vel vertice sparse pilosum.

Habemus specimina quae sequuntur: in distr. Irwin pr. Champion Bay septentrionem versus in declivibus aridis glareosis (caespitosa microcephala pallida) deflor. m. Sept. (D. 4182); pr. vic. Northampton in lapidoso-lutosis frequens (subsimplex macrocephala pallida) deflor. Novemb. (D. 5684) pr. Watheroo in glareoso-lutosis (D. 2120) — in distr. Darling pr. flum. Swan River in arenosis (basi ramosa, flores purpurei) flor. m. Novemb. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 21, D. 1518). Formae affines nuper in interioribus distr. Austin detectae e. g. haud procul a municipio Menzies in fruticetis apertis lutoso-arenosis (basi ramosa, microcephala rosea) flor. m. Oct. (D. 5194!).

Trichinium Drummondii Moq. var. **Georgei** Diels (an spec. nov.?).

Fruticulosa? foliis paucis linearibus minutis; caulibus gracilibus strictis; spicis parvis subglobosis; bracteis hyalinis ad medianum purpureo-striatis; perianthio roseo; squamulis intrastaminalibus tenerrimis ciliatis; ovario vertice pilosiusculo.

Hab. in distr. Austin pr. Murrinmurrin (W. J. George in hb. Berl.!).

Nescimus an forma *microcephala* a cl. Sp. Moore Journ. Linn. Soc. XXXIV. 219 commemorata ad eandem varietatem pertineat.

Trichinium procerum Diels n. sp.

Stirps elata ramosa, ramis glabris glaucescentibus strictis; foliis crassiusculis glaucis linearibus acutis; spicis terminalibus valde elongatis angustissime cylindricis demum pendulis, rhachi tomentella; bracteis late ovalibus pilosis, bractéolis glabris hyalinis acutis; perianthii segmentis linearibus apice obtuso glabris ceterum extus longe albo-pilosis; interioribus basi lanuginosis; staminibus 4 basi coalitis; squamulis intrastaminalibus hyalinis ciliolatis; ovario vertice tenuiter piloso, stigmate globoso.

Caules 1,5—3 m alt.; folia 2—3 × 0,15 cm.; spicae 5—15 cm long.; bracteae 3 × 1,5—2 mm; perianthii segmenta exteriora 5—6 mm long., interiora 4—5 mm long.

Hab. in regione tropica boreali-occidentali a sinu Nichol Bay meridiem versus in lutosis lapidosis apertis graminosis flor. m. April. (D. 2803!).

Species *T. Drummondii* Moq. fortasse affinis habitu elato spicis pendulis valde elongatis primo visu separatur.

Trichinium Polakii F. v. M. in Wings South. Scienc. Rec. II, 274.

Fruticulus 0,3—0,4 m alt., foliis subcarnosis praeditus viget in distr. Austin pr. Cue in lapidosis lutosis fl. m. Jul. (D. 3282!).

Trichinium pyramidatum Moq. (B. V. 237).

Flores luteoli. Hab. in distr. Coolgardie pr. Broadarrow (W. V. Fitzgerald a 1898 in hb. Berl.!) pr. Bullabulling in fruticetis lapidoso-lutosis flor. m. Oct. (D. 5953).

Trichinium chortophytum Diels n. sp.

Perennis caulibus caespitosis, ramis sterilibus squamis persistentibus dense obtectis, scapis floriferis adscendentibus simplicibus; foliis crassis spathulatis margine integris in ramis sterilibus confertis in petiolum lon-



Fig. 23. *A*, *B* *Trichinium chortophytum* Diels: *A* Habitus. *B* Flos. — *C* *Trichinium helichrysoides* F. v. M.: Habitus.

gum sensim angustatis, in ramis fertilibus distantibus subsessilibus; spicis demum longe cylindricis; bracteis hyalinis lucidis obovato-oblongis apiculatis saepe pilosiusculis plerumque fuscis; perianthii segmentis linearibus interioribus brevioribus demum subdivergentibus omnibus praeter apicem summum extus longe pilosis, interioribus basi intus lanuginosis; staminibus 2 basi perianthio adnatis antheris disciformibus; ovario stipitato.

Caules 5—15 cm; petiolus foliorum ramorum sterilium circ. 1,5 cm, lamina 1—1,5 × 0,4 cm; bracteae 3,5—4,5 mm; perianthii segmenta 7 mm long., vix 1 mm lat.

Hab. in distr. Irwin inter Northampton atque Port Gregory in glareosis apricis nudis flor. m. Novembr. (D. 5706).

A *T. caespituloso* F. v. M. proximo foliorum forma, spicis elongatis, nec non perianthii structura facile discriminatur.

Trichinium helichrysoides F. v. M. (B. V. 241).

Species insignis et pulcherrima caespites depressos rotundos efformans floribus ochroleucis ornata in distr. Irwin haud procul a loco classico in glareosis aridis fl. m. Nov. a nobis reperta (D. 5705). Praeterea in distr. Coolgardie pr. Broadarrow in rupibus amphiboliticis collecta a cl. W. V. Fitzgerald atque nobis communicata (hb. Berl.).

Ptilotus R. Br. (B. V. 241).

Ptilotus chamaecladus Diels n. sp.

Annua novella parce lanuginosa mox glabrata; caulibus longe diffusis procumbentibus adscendentibus; foliis carnosulis basalibus spathulato-oblongis in petiolum longum angustatis quam caulini duplo majoribus, caulinis brevius petiolatis acutis; spicis ad apices caulium singulis vel saepius compluribus pedunculatis, globosis vel demum ovoideis vel breviter cylindricis; bracteis latissimis suborbicularibus hyalinis apiculatis; perianthii segmentis ima basi coalitis spathulatis vel oblanceolatis acutis concavis extus parte inferiore lanuginosis purpurascentibus, interioribus brevioribus; staminibus ima basi connatis brevibus; stylo brevi.

Caules 5—30 cm long., foliorum basalium petiolus 3—3,5 cm long., lamina 3,5 × 1—1,2 cm; spicae 1—2 × 0,8—1 cm; bracteae circ. 2—3,5 × 2—3 mm; perianthii segmenta exteriora circ. 4,5 mm long., interiora 3—3,5 mm long.

Hab. in distr. Austin litorali haud procul a vico Carnarvon in lutoso-arenosis nudis flor. m. Aug. (D. 3621, 6155).

Species nova a *P. latifolio* R. Br. proximo differt omnibus partibus minoribus, caulibus diffusis, foliis angustioribus. Flores haud dissimiles.

Ptilotus humilis F. v. M. (B. V. 245).

Bracteae scariosae, perianthium luteolum. Septentrionem versus distr. Irwin attingit, ubi pr. Champion Bay in lutoso-arenosis fl. m. Sept. (D. 6092).

Phytolaccaceae.

System: Die nach außen ganz isolierte Gruppe der *Gyrostemoneae* zeichnet sich im inneren Gefüge durch enge Verkettung ihrer Glieder aus, die sich namentlich in der großen Übereinstimmung der ♂ Blüten ausprägt. Die scheinbar sehr verschiedenartigen Verhältnisse in der ♀ Sphaere reihen sich uns schon gegenwärtig in eine ziemlich übersichtliche Stufenfolge an, die mit *Codonocarpus* beginnt und ihr Ende findet mit *Didymotheca*, bei der die Reduktion der Karpidenzahl auf die Zweizahl herunter führt. Für die Beurteilung der scheinbar selbständigeren *Tersonia* fehlt

uns heute wohl noch das Material. Von *T. subvolubilis* kennen wir bislang nicht die ♀ Blüte, welche wir dazu brauchten. Übrigens dürfte der Evolutions-Raum für *Tersonia* im Innern des Kontinentes zu suchen sein, wird uns also vielleicht noch längere Zeit unerschlossen bleiben, um so mehr, als die Pflanzen wenig auffällig und leicht zu übersehen sind.

Verbreitung: Die *Gyrostemoneae* gehören zu den spezifischen Elementen der panaustralischen Eremaea. Wie bei den Myoporaceen und Verbenaceen hängen daran die Grundzüge ihrer Verbreitung. Genau wie dort hat Westaustralien — politisch genommen —, einen starken Anteil der Formen-Menge erhalten, aber nur, weil es weithin von Eremaea-Flora besetzt ist; die Südwestregion hat nichts Eigenartiges dazu beigesteuert. Die Aufschließung des Inneren zeigt immer klarer, daß die »Massenentfaltung« der Gruppe in der Eremaea gelegen ist. Von ihren Grenzpunkten her schieben sich einzelne Vertreter als Litoralpflanzen in die Südwestregion hinein, sei es von Norden (*Gyrostemon ramulosus*, *Tersonia brevipes*), sei es von Osten her (wahrscheinlich *Didymotheca thesioides*). Im Kern der Südwest-Region aber gibt es mit aller Wahrscheinlichkeit Gegenden, wo *Gyrostemoneae* gerade so wenig vorkommen wie Myoporaceen. Eine Erscheinung, die sich an der Südostecke des Kontinentes übrigens wiederholt.

Für die Gesamtverbreitung der Tribus muß noch die Menge der abgeleiteten Typen im Westen betont werden. *Gyrostemon subnudus*, *Didymotheca*-Formen, *Tersonia* treffen da zusammen, während der Ostrand der australischen Eremaea, drüben in Queensland und Neusüdwales, polykarpide *Codonocarpus* zu eigen hat.

Vorkommen: Die Tracht der *Gyrostemoneae* zeigt innerhalb eines morphologischen Typus beträchtliche Verschiedenheiten. In den Küsten-Gebieten treten die sklerotischen Elemente sehr zurück; die körperliche Erscheinung der dort gedeihenden Arten gewinnt etwas weiches und schlaffes. *Tersonia* behält diese Eigenheit auch in trockenen Lagen und liegt dann völlig dem Boden an. Andere Formen werden zu steifen strauchartigen Gebilden, die gleichzeitig einen gewissen Grad von Sukkulenz erwerben. *Codonocarpus* ist weitaus die bedeutungsvollste davon, in vielen Bezirken beherrscht ihre schmalgewachsene Pyramide mit dem fahlen Grün des Laubes und dem zierlichen Blütenstand an der Spitze die Physiognomie der Landschaft. — Edaphisch gehören die von uns beobachteten Gyrostemoneen ausnahmslos zu den Psammophilen. *Gyrostemon ramulosus* kann man auf Flugsand-Dünen oft beherrschend sehen, *Tersonia brevipes* charakterisiert im nördlichen Anteil des Distr. Irwin die niedrigen Buschfelder auf kargem Sand und *Codonocarpus cotinifolius* verrät in den Landschaften der Eremaea die Orte, wo der harte Lehm einem stärker mit Sand gemengten Boden gewichen ist.

Codonocarpus A. Cunn. (B. V. 147).

Codonocarpus cotinifolius F. v. M. (B. V. 148).

Quae planta insignis per totam Eremaeam distributa esse videtur. In ditione flum. Murchison Riv. adjacente jam a v. cl. MILNE et OLDFIELD collecta a nobis ipsis inter flum. Greenough River superius atque lacum Austin locis compluribus arenoso-lutosis visa est. Quam autem non solum in distr. Austin vigere, sed etiam distr. Coolgardie versus inveniri putamus; e. g. pr. Menzies in fruticetis arenosis vel lutoso-arenosis gregaria excellit fructif. m. Oct. (E. PRITZEL Pl. Austr. occ. 854; D. 5167!). — Haud procul a litore meridionali, ubi unus DEMPSTER (a sinu Esperance Bay septentrionem versus, ex F. v. MÜLLER Fragm. X. 53) adhuc eam adnotaverat, vidimus sparsam in distr. Eyre pr. Philipps Riv. fructif. m. Oct. (D. 4891!).

Gyrostemon Desf. (B. V. 145).

Gyrostemon ramulosus Desf. (B. V. 147).

Cuius speciei forma typica ramulis gracilibus teneris numerosis insignis tractui litorali occidentali a sinu Sharks Bay usque ad Swan River propria videtur, ubi in dunis arenosis communis.

Gyrostemon ramulosus Desf. var. **robustus** Diels.

Forma litoralis austro-orientalis ramulis multo crassioribus brunneis vestigiis foliorum delapsorum undique signatis, foliis erectis carnosis latioribus nec non carpellis minus numerosis diversa a nobis ad sinus Esperance Bay oram declivem collecta est (D. 5348). Eadem forma in Australia meridionali a cl. F. v. MÜLLER olim collecta (*G. oligogynus* F. v. M. msc. in hb. Berl.!).

Gyrostemon ramulosus Desf. var. **strictus** Diels.

Forma regionum interiorum elata (2—3 m) minus ramosa basi simplici, ramis glaucis virgatis suberectis, foliis rarioribus subglaucis.

Hab. in distr. Irwin a riv. Arrowsmith Riv. ad Irwin Riv. in arenosis sublutosis flor. m. Jun. (E. PRITZEL Pl. Austr. occ. 385, D. 3069!).

Gyrostemon subnudus (Nees) Diels (B. V. 146). (*G. brachystigma* F. v. M. in Benth. Fl. Austr. V. 146).

Typica hab. in distr. Avon pr. York in colle Mount Currie (PREISS 1233[a]), a nobis non visa est.

Habemus autem specimina ad *Gyrostemonem* pertinentia cum descriptione *G. subnudi* (Nees) Diels optime congruentia, sed pedunculis brevibus (1,5—2 mm long.) crassis abhorrentia. Quae specimina ex fruticibus dilatato-ramosis interdum prostratis orta flores ♂ illis *G. ramulosi* simillimos praebent, a quo autem flores ♀ carpellis multo paucioribus latioribus (subovatis) atque columna mediana pyramidali (non toro simili vel umboniformi) separantur.

Hab. in distr. Irwin pr. Greenough River in arenosis parce flor. ♀ m. Jul. (D. 3311); in distr. Eyre pr. West Riv. in declivibus lutosis inter rupes graniticas flor. ♂ et ♀ m. Oct. (D. 4814).

Quam plantam eandem esse existimamus quam cl. Bentham l. c. V. 147 alludit: »some specimens lead me into doubt whether there may not be another species with the male flowers of *G. ramulosus* and the females of *G. cyclotheca*«. Ejusdem speciei forma latifolia *Gyrostemon* illud *G. Sheathii* a W. V. Fitzgerald nuper descriptum (Journ. of Proc. Mueller Bot. Soc. W. Austr. 1903 p. 81) esse videtur.

Didymotheca Hook. f. (B. V. 144).

Didymotheca thesioides Hook. f. (B. V. 145).

Planta typica (ad fretum King George Sound in dunis herbosis observata) est laxa, procumbens, foliis submembranaceis lineari-lanceolatis (D. 4563).

Didymotheca thesioides Hook. f. var. **stricta** Diels n. var.

Planta subviscosa; caulis perennis procerus basi simplex supra ramulos multos breves erectos angulo acuto emittens, foliis parvis quam ea typi brevioribus (3—5 mm long.) linearibus apice saepius recurvis; floribus eis typi simillimis.

Hab. in distr. Eyre a sinu Esperance Bay circ. 60 km septentrionem versus in fruticetis, solo arenoso arido flor. m. Nov. ♂ et ♀ et fructif. (D. 5344).

Tersonia Moq. (B. V. 149).

Tersonia brevipes Miq. (B. V. 149).

Simili modo, quo species aliae utuntur, e distr. Irwin secus orae tractum calcareum ad flum. Swan Riv. progreditur. — Caules saepius modo *Cassytharum* quarumdam humifusi; fructus maturi speciminum borealium magis hamulato-verrucosi ossei colore cinnabarino siccando pallescente gaudent.

Tersonia? subvolubilis Benth. (B. V. 150).

Orientem versus ad sinus Esperance Bay ditionem procedit, ubi hab. septentrionem versus in fruticetis valde apertis arenosis flor. ♂ m. Nov. (D. 5939). Planta ♀ adhuc incognita investiganda.

Aizoaceae.

Verbreitung: Die Familie enthält in dem extratropischen Westaustralien nur wenige Arten, die teils in der Eremaea vorkommen, teils als Strandpflanzen von Bedeutung sind. Mehrere *Trianthema*, die eigentümliche *Tetragonia diptera*, ferner *Gunnia Drummondii* und die unten beschriebene *Gunniopsis intermedia* sind im Gebiete endemisch, die übrigen Spezies durch Australien und zum Teil darüber hinaus verbreitet.

In Westaustralien selbst sind die Strand-Spezies, wie es scheint, circumlitoral. Von den Binnen-Arten aber scheinen die Formen von *Trianthema*

auf den Norden beschränkt — noch am Gascoyne sind sie häufig — während *Gunnia* und *Gunniopsis* der südlichen Eremaea angehören.

Vorkommen: Zwei Arten von *Mesembrianthemum* sind als gewöhnliche Litoral-Pflanzen überall zu bemerken, deren ursprüngliches Indigenat in Australien allerdings auf Zweifel stoßen kann, da sie systematisch nicht durchgreifend von südafrikanischen Spezies zu unterscheiden sind. Auch *Tetragonia* liefert litorale Gewächse. Dagegen sind die sukkulenten *Trianthema*, *Gunnia* und *Gunniopsis* selbständige Erzeugnisse der inneren Eremaea und gehören dort mit vielen Chenopodiaceen zur Charakter-Vegetation des lehmigen Wüstenlandes.

Tetragonia L. (B. III. 325).

Tetragonia diptera F. v. M. in Fragm. XI. 8.

Quam stirpem annuam viridifloram observavimus in fruticetis herbosis lutosis haud procul a loco classico in distr. Austin litorali pr. Carnarvon flor. m. Aug. (D. 3686).

Gunniopsis Pax (sub *Aizoon* L. in B. III. 326).

Gunniopsis intermedia Diels n. sp.

Annua? succoso-carnosa ramosa ramis adscendentibus, foliis elongato-ellipticis utrinque obtusissimis basi subconnatis demum glabratis; floribus ramos trichasiatim terminantibus; pedunculo florem versus sensim incrassato calycem subaequante; calycis segmentis lanceolatis dense papillosis demum accrescentibus flavis; staminibus numerosis, filamentis papillosis basi dilatatis; ovario subgloboso, stylis 4 papillosis basi immersis apice leviter extus curvatis; capsula septicide 4-valvata, valva loculicide circa $^1/_3$ fissa; seminibus atrofuscis asperis.

Planta 7—25 cm alt.; folia 2—4 × 0,6 cm; pedunculi 0,5—1 cm long.; calycis segmenta 5—6 mm long., demum ad 9 mm accrescentibus; filamenta ca. 5 mm long.; styli circ. 2 mm long.; semina 1 mm diamet.

Hab. in distr. Coolgardie australi pr. Gilmores in eucalyptetis lapidoso-lutosis (subnitrosis?) flor. m. Nov. (D. 5462).

Species nova ad *G. zygophylloidem* (F. v. M.) proxime accedens differt foliorum longiorum forma, pedunculis longioribus, calycis altius soluti segmentis multo angustioribus.

Gunniopsis quadrifida (F. v. M.) Pax (B. III. 327).

Ramis adscendentibus caespites depressos vix 20 cm altiores efficit. Vidi in distr. Coolgardie pr. Dundas in lutosis nitrosis nudis flor. m. Nov. (D. 5256). — Filamenta alba.

Portulacaceae.

Verbreitung: Die *Portulacaceae* sind in Westaustralien durch *Claytonia australasica* und *Calandrinia*-Formen vertreten, deren nahe Verwandt-

schaft mit *Claytonia* und *Talinum* von F. v. Müller des öfteren hervorgehoben wurde. Ihre Verbreitung ist sicher noch sehr unvollständig bekannt; aber es steht fest, daß die meisten Typen über Australien sich weit ausgedehnt haben. Auch in Westaustralien zeigen nur wenige Formen schärfer abgegrenzte Areale. Am bemerkenswertesten davon sind *C. liniflora* als Litoral-Pflanze der West-Küste und *C. Lehmanni*, die vom Murchison River bis Stirling Range das ganze Grenz-Gebiet zwischen Südwest-Region und Eremaea besiedelt.

Vorkommen: Die meisten westaustralischen *Calandrinia* sind einjährige Arten mit oft diffusen Stengeln, sukkulenten Blättern und unansehnlichen Blüten; nur *C. polyandra* wird durch lebhaft gefärbte purpurne Kronen sehr auffallend. Lehm- und Sandboden bewohnen sie in gleicher Weise, oft in Gemeinschaft mit andern kleinen Annuellen.

Durch Ausbildung einer Knolle haben sich *C. Lehmanni* und *C. primuliflora* eine biologische Sonder-Stellung unter ihren Verwandten erworben. *C. Lehmanni* ist auf den Lehmböden der Regenzone von etwa 40 cm eine gewöhnliche Erscheinung. Ihre Assimilations-Organe gedeihen in der Regenzeit, während die Blüten mitten in der Trockenzeit erscheinen. Sie sind gefärbt in ein schimmerndes Rosenrot, das in der sonst fast blütenlosen Zeit zwischen den vergilbten Resten der »Regenflora« sich eigentümlich genug ausnimmt.

Calandrinia (B. I. 171).

Calandrinia Lehmanni Endl. (B. I. 172). — Fig. 24 *G—L*.

Tubera eis *Orchidis* haud absimilia; petala extus lutescentia intus pallidissime purpurascentia nitentissima. Flores aestate media oriuntur (m. Jan.). Species mira per regionis austro-occidentalis tractus interiores in lutosis a Murchison River usque ad Stirling Range pervulgata videtur. Vidimus pr. Northampton, Watheroo, Tambellup.

Calandrinia primuliflora Diels n. sp. — Fig. 24 *A—F*.

Rhizomate basi tuberum subellipsoideum gignente; foliis e petiolo longo spathulatis carnosis mox evanescentibus; caulibus brevibus raro solitariis plerumque compluribus basi confertis suberectis deinde arcuato-divaricatis ascendentibus; floribus ad apicem caulium plerumque solitariis; sepalis conspicuis coriaceo-scariosis 3-nerviis subreniformibus vel transverse ellipticis apice obtusis vel levissime emarginatis; petalis ex ungue lato suborbiculatis venosis roseis vel pallide purpureis fauce albis; staminibus numerosissimis, antheris brevibus; stylis 3 e basi liberis (Fig. 24 *E*) stigmatibus pilosissimis.

Caules 10—20 mm long.; squamae 1,5—2 mm long.; sepala 5 × 3,5 mm met.; petala 9—10 × 8—8,5 mm met.; stamina circ. 4 mm long.; ovarium 2 mm long.; styli 4 mm long.

Hab. in distr. Irwin a Northampton septentrionem versus in rupium

graniticarum fissuris lutosis non nisi uno loco (ibi socialis) observata flor. m. Nov. exeunte (D. 5649).

Stirps pulcherrima florum habitu *Primulas* quasdam alpinas imitata *C. Lehmanni* Endl. proxime accedit sed characteribus indicatis valde differt (cf. Fig. 24).

Calandrinia polyandra (Hook.) Benth. (B. I. 172).

Per distr. Austin totum a litore in interiora pervulgata in distr. Coolgardie ingreditur. Praeterea secus litus distr. Irwin penetrat, ubi pr. Champion Bay m. Aug. flor.

Calandrinia cygnorum Diels n. sp.

Annua parva diffusa; foliis basalibus fasciculatis crassis angustissime spathulatis vel linearibus demum evanescentibus, caulinis linearibus; caulibus




Fig. 24. *A—F Calandrinia primuliflora* Diels: *A* Habitus. *B* Squamae. *C* Calyx. *D* Petalum. *E* Stamen. *F* Gynaeceum. — *G—L Calandrinia Lehmanni* Endl.: *G* Caulis pars superior cum inflorescentia. *H* Squamae. *J* Calyx. *K* Petalum. *L* Gynaeceum.

pluribus adscendentibus; racemis laxis paucifloris; floribus graciliter pedicellatis; sepalis ovatis acutis viridibus; petalis quam sepala duplo longioribus obovatis roseo-albis vel pallide roseis; staminibus ca. 10; filamentis basi dilatatis antheris flavis brevibus; stylis 3 longius unitis apice liberis stigmatosis, capsula subcylindrica quam sepala duplo longiore; seminibus nigris, nitentibus.

Caules 5—10 cm long.; folia 1—2 × 1,5—2 mm; sepala 3—3,5 mm long.; petala circ. 6 mm long.; stamina 3—4 mm long.; ovarium 1,5 mm long.; capsula 5—6 × 1,5 mm long.

Hab. in distr. Darling p. Swan River (juxta Claremont) in arenosis flor. m. Aug. (D. 3880).

A *C. calyptrata* Hook. f. proxima differt habitu robustiore pedicellis vix reflexis, petalis magis conspicuis, filamentis basi latioribus, capsula duplo longiore angustiore.

Calandrinia composita Nees (B. I. 175).

In distr. Austin toto haud infrequens videtur.

Calandrinia corrigioloides F. v. M. (B. I. 176).

Caules humifusi; flores albi.

Vidimus in distr. Irwin pr. Champion Bay in arenosis flor. et fruct. m. Sept. ineunte (D. 3756, 6005).

Calandrinia pygmaea F. v. M. (B. I. 176).

Species habitu floribusque luteolis *Sedum* imitata nobis obvia in distr. Irwin pr. Greenough River in arenosis flor. m. Sept. (D. 4203).

Caryophyllaceae.

Corrigiola L.

Corrigiola litoralis L.

Planta annua humifusa glauca albiflora introducta in distr. Darling pr. Perth in arenosis subhumidis flor. m. Majo (D. 2824).

Ranunculaceae.

Clematis L. (B. I. 5).

Die australischen *Clematis*, die sich alle einander recht nahe kommen, stehen mit melanesischen Formen in verwandtschaftlichem Konnex. Schon dadurch wird Ostaustralien als ihre eigentliche Domäne bezeichnet. Das wird bestätigt durch die Beziehungen zu Westaustralien: es sind zwei auch im Osten gut vertretene Arten, die nach Westaustralien hinüberreichen. Ihr Areal scheint disjunkt zu sein, doch bedarf es noch gründlicherer Untersuchung der Küste, dies wirklich zu erweisen.

So weit für Westaustralien unsere Beobachtungen reichen, ist *C. pubescens* im Süden verbreitet und bildet in den Waldbezirken einen prächtigen Schmuck des Unterholzes mit Beginn der Regenzeit. Nach dem Norden der Südwest-Region hin scheint sie sich zu verlieren. *C. microphylla* dagegen kommt noch an der Sharks Bay vor und ist namentlich im Gebüsch der Dünen-Zone sehr charakteristisch. Sie wirft ähnlich wie *Dioscorea hastifolia* zur Trockenzeit ihre Blätter ab. Beide Arten blühen am Anfang der Regenzeit, beide scheinen litorale Lagen zu bevorzugen.

Clematis microphylla DC. (B. I. 7).

Species gracilis in orae occidentalis tractu litorali calcareo prominens, ubi septentrionem versus distr. Irwin (sinus Champion Bay ac Sharks Bay) attingit.

Ranunculus L. (B. I. 9).

Ranunculus parviflorus L. (B. I. 14).

Planta annua pusilla tenerrima perianthio viridescenti-albo praedita viget in distr. Austin litorali pr. Carnarvon inter frutices in umbrosis solo lutoso fl. m. Aug. (D. 3682).

Lauraceae.

Cassytha L. (B. V. 308).

Verbreitung: Von den westaustralischen *Cassytha*-Arten sind einige auch in Ostaustralien weit verbreitet, doch scheint höchstens bei *C. melantha* ein direkter Zusammenhang zwischen Ost und West zu bestehen. Die Sonderung beider Gebiete tritt auch in der Erzeugung eigentümlicher Formen zu Tage, die hüben wie drüben stattgefunden hat.

Man darf annehmen, daß *Cassytha* noch vielfach übersehen worden sei. Trotzdem scheint die Gattung in der Eremaea keine größere Verbreitung zu besitzen, was bei einer parasitischen Gattung immerhin beachtenswert ist. Anderseits aber kann sie in Australien durchaus nicht »more or less maritime« (B. V. 308) genannt werden: sie findet sich in der ganzen Südwest-Region häufig bis an ihre tief inland gelegenen Grenzen hin und wurde auch weit darüber hinaus beobachtet. So z. B. sammelte Helms eine Art in der »Victoria Desert« bei 124° östl. L., 30° südl. Br.

Vorkommen: Die Cassythen spielen in der Vegetations-Physiognomie der Südwest-Region keine unbedeutende Rolle: sehr verbreitet ist z. B. *C. racemosa*, und ihre *Cuscuta*-artigen verworrenen Massen hängen oft meterlang von den Ästen der Sträucher und Bäume herab. Die kleineren Arten durchsetzen die Strauch-Heiden und finden sich stellenweise in solcher Menge, daß sie von Busch zu Busch gespannt das Vorwärtsschreiten behindern können.

Cassytha glabella R. Br. (B. V. 309).

Species luteo-viridis; flores albi; fructus pallide rubri. Per totam regionem austro-occidentâlem communis.

Cassytha pubescens R. Br. (B. V. 310).

Specimina robusta nobis obvia in distr. Irwin in fruticetis rivi Chapman solo calcareo, floribus luteolis praedita m. Novemb. (D. 5630).

Cassytha melantha R. Br. (B. V. 311).

Perianthium atro-viride, stamina alba. — Hab. in distr. Stirling maxime australi in fruticetis silvae *Eucalypti marginatae* densis flor. m. Jul. (D. 3455).

Cassytha coronata Nees (B. V. 309 in adnotatione illa clavi generis addita).

Specimina cinerascentia robustissima, quae in distr. Avon pr. Mogumber inter frutices humiles volubilia atque in arenosis nudis longissime vagantia fl. Mart. vidimus (D. 2601), huc pertinere existimamus; sed floribus non observatis decernere nondum possumus. Ut speciem omnium congenerum fortasse validissimam ulterius observent, viris botanicis indigenis proponendum est.

Cassytha racemosa Nees (B. V. 312).

Per Australiam occidentalem multo latius profusa est quam e »Flora Australiensi« l. c. collegeris. Vidimus eam vigentem a freto King George Sound usque ad Champion Bay locis permultis. Caules (saepe alte volubiles) luteo-virides; flores albi; fructus (an semper?) nigro-maculatus.

Cassytha pomiformis Nees (B. V. 313).

Cuius plantae formam typicam cl. Bentham haud recte interpretatus glabram esse dixit. Revera planta a cl. Preiss collecta tota pilosula est, ita ut cl. Nees (Plant. Preiss. I. 620) pubescentem illam vocaverit atque »a *C. digitata* pubescentia patula caulis differre« exposuerit. Quam formam Benthamium *C. pomiformem* typicam putavisse nescimus; tamen ut »varietas« *pubiflora* instituatur fieri non posse censemus.

Cruciferae.

Die Cruciferen-Flora unseres Gebietes trägt einen durchaus panaustralischen Charakter. In der Eremaea ist sie viel besser entwickelt als in der eigentlichen Südwest-Region, wo die Familie allein durch *Stenopetalum* vertreten ist, streckenweise wahrscheinlich sogar vollständig fehlt.

Blennodia R. Br. (B. I. 73).

Blennodia trisecta (F. v. M.) Benth. (B. I. 74).

Hab. in distr. Coolgardie pr. Coolgardie (leg. C. L. Webster).

Stenopetalum R. Br. (B. I. 77).

Stenopetalum lineare R. Br. (B. I. 78).

Petala purpurea inconspicua. Quae species nuper pr. Frasers Range (F. v. M. et Tate) et Coolgardie (Sp. Moore) observata a nobis in Eremaea magis occidentali observata; sc. in distr. Coolgardie pr. Southern Cross in schistosis aridis fruct. m. Nov. (D. 1715); in distr. Eyre pr. Corackerup in eucalyptetis graminosis glareosis flor. m. Oct. (D. 4731).

Stenopetalum robustum Endl. (B. I. 79).

Quae species non solum *St. croceo* Bge, sed etiam *St. pedicellari* F. v. M. affinior esse videtur, quam ut formae illae separentur. Omnes

in regionibus septentrionem vergentibus frequentiores quam in australibus; *St. pedicellare* in distr. Irwin restrictum ibi frequens occurrit.

Flores vanillam redolentes forma sua aliquantum *Stackhousiam Brunonis* vel *Manuleam cheiranthus* capensem referunt.

Capsella Moench. (B. I. 81).

Capsella elliptica C. A. Mey. (B. I. 81).

Vidimus eam in distr. Eyre pr. Jerramongup in palude quodam nitroso argillaceo flor. et fruct. m. Oct. (D. 4749).

Lepidium L. (B. I. 83).

Diese Gattung ist in der Eremaea Australiens in einigen Arten vertreten; außerdem tritt sie längs der Küsten auf. In Westaustralien gehören demgemäß die einzigen Arten der Südwest-Region der Westküste an, und zwar haben sie sich dort offenbar von Norden her angesiedelt. Namentlich im Bereiche der Kalkzone bilden sie (*L. linifolium*, *L. rotundum*) eine gewöhnliche Erscheinung des zarteren Unterwuchses im Dünen-Gebüsch.

Lepidium leptopetalum F. v. M. (B. I. 84).

Jam a F. v. Müller et Tate in distr. Austin pr. Nannine adnotatum nuper a Murrinmurrin misit cl. W. J. George.

Heliophila L.

Heliophila pumila L. f. (B. I. 65).

In distr. Darling pr. Swan River in ditione Perth et Fremantle in sublitoralibus quasi spontanea observatur flor. m. Aug.

Cakile L.

Cakile maritima L.

Eodem modo, quo in Australia orientali, in dunis litoralibus introducta, e. g. in distr. Darling pr. Fremantle flor. m. Nov. (D. 1548).

Capparidaceae.

Emblingia F. v. M. (B. I. 91).

Fremdartiger Endemismus Südwest-Australiens, bisher nur im Distr. Irwin beobachtet.

Emblingia calceoliflora F. v. M. (B. I. 92).

Planta omnino humifusa solo arcte adpressa, caulibus usque ad 1,5 m longis, foliis margine albo-cartilagineis, floribus viridulis extus caerulescenti-cinereis praedita omnino *Scaevolas* quasdam imitatur. Quam

vidimus in distr. Irwin haud procul ab ostio fluminis Greenough River in fruticetis apertissimis arenosis aridis flor. m. Sept. (D. 4233).

Droseraceae.

Drosera L. (B. II. 453).

Verbreitung: *Drosera* erreicht in Südwest-Australien die größte Mannigfaltigkeit in Australien, wenn man sie nach der Gestaltungsfülle einiger Typen bemißt. Zwar sind gewisse Typen Ostaustraliens, wie namentlich *D. binata*, vom Westen ausgeschlossen, aber dieser Mangel wird quantitativ ausgeglichen durch die reiche Entwicklung der mit *D. bulbosa* verwandten Formen, der Gruppe der *D. stolonifera* und der sich an *D. Menziesii* anschließenden Spezies.

Trotzdem in die Eremaea nur sehr wenige Arten einzudringen scheinen, sind die östliche und westliche *Drosera*-Flora durch enge Beziehungen mit einander verbunden. Es gibt nicht nur Formen, die in Ost und West zugleich vorkommen (*D. indica*?, *D. glandulifera*), sondern viele Spezies der beiden Seiten können als vicariierend betrachtet werden, z. B. *D. Whittakerii* Planch. (Ost) zu *D. rosulata* (West); oder *D. peltata* Sm. (Ost) zu *D. modesta* (West).

In Westaustralien ist *Drosera* von Spencer Moore bis in die Eremaea hinein verfolgt worden, der drei Arten aus dem Distr. Coolgardie angiebt. Aber dies ist bis jetzt das einzige Material der Gattung innerhalb der Eremaea geblieben.

In der Südwest-Region dagegen trifft man *Drosera*-Arten bis an die äußersten Grenzen des Gebietes in ziemlich gleichmäßiger Verteilung, doch deutlich nach Norden abnehmend. Einige Arten sind allgemein verbreitet, wie *D. erythrorhiza*, *D. macrantha*, *D. filicaulis*, andere aber scheinen auf Teilstücke beschränkt: so die schöne *D. gigantea* auf die Westküste von Cape Leeuwin bis Swan River, die typische *D. Neesii* Lehm. auf Distr. Irwin, *D. platypoda* auf Distr. Stirling. *D. macrophylla* wird westlich vom Darling Range vermißt, *D. platystigma* und *D. myriantha* scheinen nur in der Nähe der Südküste zu gedeihen.

Vorkommen: *Drosera* kommt in den meisten Formationen der Südwest-Region vor und tritt dabei in mehreren biologischen Typen auf.

Die Arten der Sektion *Rorella* überdauern in Gestalt einer durch die Nebenblätter geschützten Knospe die regenlose Zeit. Bei einigen Formen der klimatisch gleichmäßigeren Südküste ist dieser Schutz nicht sehr ergiebig, da sie tiefliegende länger befeuchtete Orte aufsuchen (*D. pulchella*). Bei *D. paleacea*, *D. leucoblasta*, *D. pycnoblasta* u. a. aber scheinen die fest scariösen Nebenblätter eine sehr wirksame Umhüllung der Endknospe zu liefern. Denn jene Arten existieren als echte Xerophyten; sie wachsen an steinigen Abhängen und auf lockerem Sandboden oft in

voller Exposition. Sie werden erst durch die Regenzeit zu neuem Leben geweckt und kommen selten vor September zur Blüte.

Die Sektion *Ergaleium* hat sich durch die Ausbildung einer unterirdischen Knolle die Möglichkeit rascher Entwicklung am Beginne der Regenzeit geschaffen. Ihre Arten beschränken sich daher auf die Lokalitäten, die in der Regenzeit länger dauernde Benetzung erfahren, oder wo der Boden das Wasser eine Zeit lang festhält.

Bald nach dem Einsetzen der ersten Regen blühen die rosulaten Spezies, durch Häufung der Blätter und grundständige Inflorescenz bezeichnet. Sie vollenden ihre Assimilations-Periode zwischen April und Juli.

Zeitlich folgen darauf die Arten mit zerstreuten stengelständigen Blättern. Zuerst auf schweren, zähen Böden der Alluvionen einfachere Arten, wie z. B. *Drosera heterophylla* und *D. Huegelii*, im Juni und Juli blühend. Dann auch auf leichterem Sande und Kies größere Gestalten, wie *D. macrantha*, die in der Haupt-Blütezeit des Jahres, August und September, ihre Petalen entfalten und sich durch ihre rankende Lebensweise zu auffallenden Erscheinungen im niederen Buschwerk gestalten.

Den Beschluß bildet die stattlichste und am reichsten gegliederte Art der gesamten Gattung, *D. gigantea*, die noch im November blühend anzutreffen ist. Ihre Ansprüche sind ähnlich den Bedürfnissen aller Ergaleien: sie brauchen sämtlich einen während der Vegetations-Phase gut durchfeuchteten Boden.

Drosera pulchella Lehm. (B. II. 458). — Fig. 25 *C—F*.

Flores pallide roseos (non miniatos ut cl. F. v. Müller eos dicit) observavimus.

Drosera androsacea Diels n. sp. — Fig. 25 *G—M*.

Foliis rosulatis terrae adpressis; petiolo sub lamina subduplo breviore haud dilatato; stipulis gemmae demum conicae vix laciniatis scarioso-coriaceis argenteis margine minutissime ciliatis; scapo simplici purpurascente apicem versus parcissime glanduloso, 3- usque ad 12-floro; sepalis anguste obovatis erosulis parcissime glandulosis; petalis anguste obovatis calyce 4-plo longioribus albis basi purpureo-striatis; stylis 5; stigmatibus linearibus papillosis; pedicello fructifero decurvato.

Scapus 4—5 cm alt.; petiolus circ. 4—5 mm, 0,75 mm lat.; lamina 2,5 mm diamet.; sepala circ. 1,2 mm long.; petala circ. 6 mm long.

Hab. in distr. Stirling haud procul a vico Cranbrook in apertis glareosis flor. m. Sept. exeunte (D. 4471); in distr. Eyre pr. Hammersley River in arenosis aridis fruticulosis flor. m. Oct. (D. 4927).

Species nova *D. pulchellae* Lehm., quam juxta fretum King George Sound observavimus, quam maxime affinis. *D. androsacea* differt ab illa (cf. Fig. 25 *C—M*) petiolo antrorsum haud dilatato, stipulis gemmae subintegris; inflorescentia minus glandulosa; pedicellis demum deflexis; petalis majoribus albis (haud roseis).

Drosera miniata Diels n. sp. — Fig. 26 *A—D.*

Stipulis gemmae subovoideae usque ad medium partitis in segmenta 3 laciniata laciniis nonnullis setaceis; petiolo sub lamina dilatato; scapo praecipue apicem versus glanduloso; pedicellis defloratis deflexis; petalis ex ungue cuneato obovatis extus roseis intus intense miniatis; stylis 3 patentibus simplicibus atropurpureis in stigma filiforme sensim attenuatis.

Stipulae circ. 4—5 mm longae; petiolus circ. 4 mm longus, lamina 2 mm diamet.; scapus 6—10 cm longus; sepala 3 mm longa, 2,5 mm lata; petala 10—12 mm longa, 5—6 mm lata.




Fig. 25. *A, B Drosera platystigma* Lehm.: *A* Habitus. *B* Gynaeceum. — *C—F Drosera pulchella* Lehm.: *C* Habitus. *D* Stipulae. *E* Folium sine stipulis. *F* Gynaeceum. — *G—M Drosera androsacea* Diels: *G* Habitus. *H* Gemma. *J* Stipulae gemmae, *K* adultae. *L* Folium sine stipulis. *M* Gynaeceum.

Hab. in distr. Darling supra Perth pr. Swanview in collibus lapidoso-glareosis flor. m. Sept. (D. 4538); in distr. Irwin pr. Arrowsmith River (F. v. Müller).

A *D. leucoblasta* Benth. regionum meridionalium affinitate proxima differt stipularum laciniis magis setaceis, pedicellis demum deflexis atque stigmatibus filiformibus.

Drosera Sewelliae Diels n. sp. — Fig. 26 *E—G.*

Stirps parva; foliis rosulatis, petiolo laminam duplo superante dilatato, lamina orbiculari; stipulis scariosis albis fimbriatis; scapo filiformi; floribus compluribus breviter pedicellatis; inflorescentia rufo-pilosa; sepalis obovatis longe fimbriato-ciliatis; petalis amplis miniatis; stylis 5 elongatis apice clavato-capitatis.

Specimina quae vidimus sunt 4—5 cm alt., petiolus 4—5 mm long., lamina circ. 2 mm diamet., stipulae 3—4 mm long.; sepala 3 $\times$ 2 mm met.; styli 2—3 mm long.

Hab. in distr. Avon, prob. ab urbe York orientem versus flor. (Miss Sewell ex herb. Melbourne comm. in hb. Berol.). Eandem speciem alter nostrum (E. Pritzel) pr. Tammin vidisse meminit, sed specimina non attulerat.

Species nova *D. leucoblastam* Benth. maxime accedit, a qua sepalis fimbriatis (Fig. 26 *C*, *F*) atque stylorum numero (Fig. 26 *D*, *G*) discriminatur.

Drosera paleacea DC. (B. II. 458).

Hab. in distr. Darling pr. Swan River frequens; in distr. Stirling pr. Tambellup fruct. m. Jan. (D. 2606).

Drosera pycnoblasta Diels n. sp. — Fig. 27 *G—K*.

Humilis, foliis parvis, stipulis gemmae conspicuis albis trifidis, segmentis integris haud setaceo-dissolutis obtusis quam lamina embryonalis subduplo longioribus; scapo 6- usque 8-floro; sepalis obovatis, circ. 1,5 mm longis. Ceteris omnibus *D. paleaceae* DC. persimilis.

Verbreitung und Vorkommen, besonders innerhalb Westaustraliens. Was die Verbreitung der *Bipinnatae* anbetrifft, so tritt auffällig hervor, daß die baumartigen *Botryocephalae* durchaus dem temperierten Ostaustralien angehören, während die meist nur kleinstrauchigen *Pulchellae* (mit einer Ausnahme) dem Westen eigentümlich sind. Es ist dies insofern merkwürdig, als die Bedingungen zur Erzeugung von baumartigen Fieder-Akazien in den feuchten südwestlichsten Gebieten durchaus vorhanden zu sein scheinen. Ersetzt wird dieser Typus einigermaßen durch die endemische *Albizzia*-Art. — Die *Pulchellae* sind ähnlich wie im Osten die *Botryocephalae*, in Westaustralien auf die Gebiete reichlicher Feuchtigkeit beschränkt, und zwar besonders auf die Wald-Gebiete der Distrikte Darling, Warren und Stirling. Die Grenze wird gegen Norden und nach dem Innern zu durch das Randgebirge gegeben; an der Südküste ist die Gruppe fast ganz auf die Granit-Hügel unfern der Küste und auf diejenigen Höhenzüge des angrenzenden Innern beschränkt, welche wegen ihrer bedeutenderen Erhebung eine reichlichere Feuchtigkeits-Menge vom Süden her erhalten (Stirling Range, Perongerup, Mt. Barren). Eine erhebliche Rolle in dem niedrigen Gebüschwerk der schattigen Karri- und Jarrawälder der Distrikte Warren, Darling und Stirling spielen die zarten *A. pentadenia*, *A. nigricans*, *A. strigosa*, Formen von *A. Drummondii*. Mehr an offeneren Orten finden sich die subericoiden *A. obscura*, andere Formen von *Drummondii* und *A. strigosa*. Die systematisch isolierte *A. pulchella* ist ein Charakter-Strauch des Distrikts Darling, wo sie in allen Formationen in mannigfachen Formen anzutreffen ist, wo sie stellenweise, besonders an feuchteren Orten, unfern der Küsten, an den Bach- und Flußufern, auch im Gebirge, schwerdurchdringliche Distrikte bildet. Einige sehr xerophytische Formen streichen unfern der Küste bis zur Champion Bay und bilden einen Bestandteil des Unterholzes in der Wandoo-Zone, vornehmlich in ihrem westlichsten Anteil. Weiter östlich fehlen *A. pulchella* und die *Pulchellae* überhaupt den Binnen-Gebieten gänzlich.

Im Gegensatz zu den *Bipinnatae* sind die *Phyllodinae* in beispielloser Arten-Fülle gerade in den trockeneren und trockensten Gebieten Westaustraliens entwickelt. Etwa 100 Arten, also etwa ein Drittel sämtlicher Phyllodinen, sind im extratropischen Westaustralien endemisch. Diese Spezies sind überwiegend kleinstrauchig, mit nadelartigen oder kleinen Phyllodien, aus den Serien der *Pungentes*, *Calamiformes*, *Uninerves* § *Spinescentes*, § *Armatae* und § *Triangulares*, sowie *Juliflorae* § *Stenophyllae*. Alle diese Serien sind zu fast drei Vierteln westaustralisch; durch die Trocken-

gebiete der südlichen Eremaea reichen sie nach dem Osten hinüber. Mit nur sehr wenigen Arten dagegen sind diese Serien nördlich vom Wendekreise in die Trocken-Gebiete des Nordens und Nordostens eingetreten.

Diese kleinlaubigen Akazien-Arten Westaustraliens sind es, welche neben Myrtaceen und Proteaceen den wesentlichen Bestandteil des niedrigen Gebüsches in den lichten Wäldern am Plateau-Rande, auf den Erhebungen der Südküste, und vor allem in den baumlosen Strauchheiden auf Sand-Boden ausmachen, welche sich nach dem Innern tief in die Eremaea hinein erstrecken und mit Unterbrechungen sich auf südaustralisches Terrain hinein fortsetzen.

Fast ausnahmslos sind diese Spezies geographisch äußerst beschränkt. Stets trifft man mehrere Arten neben einander, die jedoch, besonders auf den sandigen Strauchheiden des Innern, schon nach wenigen Stunden Weges anderen Arten das Feld räumen. An Reichtum der Arten stehen sich die in Betracht kommenden Gebiete (Irwin, Avon, Darling, Stirling, Eyre) ziemlich gleich, doch findet auf den Sandebenen des innersten Distrikts, Coolgardie, schon eine ganz erhebliche Abnahme des Arten-Reichtums statt; auch pflegen sich die dort vorkommenden Arten meist über größere Areale zu erstrecken.

Gleichfalls ein rapides Abnehmen der Formen-Menge an kleinlaubigen Akazien findet von der bevorzugten Zone mittlerer Trockenheit nach der Küste zu, nach Westen und Süden hin, statt. Der südwestliche, feuchteste Distrikt, Warren, entbehrt jener Serien fast vollständig, ausgenommen einige, an Schatten und Feuchtigkeit direkt angepaßte Arten, wie *A. alata*, *A. diptera*, *A. obovata*, *A. urophylla* usw., die aber auch in ähnlichen Gebieten der Distrikte Darling und Stirling weitere Verbreitung besitzen. Reichlicher bedacht mit Arten sind die Granithügel der Südküste und der Höhenzüge im nahen Innern, welche feuchte Winde genießen (Stirling Range, Mount Barren), aber sie reichen nicht im entferntesten im Arten-Reichtum an die trockeneren und sandigen Ebenen derselben Distrikte heran.

Im südlichsten Teil der Westküste und an der Südküste bildet eine Art dieser Verwandtschaften, *A. decipiens*, umfangreiche Strand-Dickichte; nach Norden zu, in der Nähe des Swan River, wird sie durch die gleichfalls stattliche, sehr nahe verwandte *A. cuneata* ersetzt. Beide, mit xeromorphen Arten der inneren Distrikte eng zusammenhängend, haben ihrem Standort gemäß, ein gut Teil der Xeromorphie ihrer Verwandtschaft abgestreift, indem sie breite, mehr oder weniger saftige Phyllodien in Menge erzeugen.

Das tropische Westaustralien, als Teil der Eremaea, ist überaus reich an Strauch-Akazien, welche meist den *Juliflorae* angehören, und die Gebüsche an den Wasser-Senkungen zusammensetzen.

Eng verwandt mit der Eremaea zeigt sich auch im temperierten

Westaustralien das Lehmland und die Wasser-Rinnen der Trocken-Gebiete: der Distrikte Irwin, Avon, Coolgardie, das innerste Stirling und Eyre. Auch hier spielen höhere Akazien die erste Rolle, soweit nicht, wie im Süden, die Eucalypten ganz dominierend werden. In dem Distrikt Austin entspricht die Akazien-Flora dadurch, daß auf seinem Lehmland die Eucalypten fehlen, vollständig dem Typus der zentralaustralischen Eremaea, dem »Mulga-Scrub«. Die Arten *A. aneura*, *A. craspedocarpa*, *A. palustris*, *A. leptopetala*, *A. salicina* setzen ihn zusammen, von denen vor allem die *A. aneura* geradezu als Leitart für diese Formation im zentralen Australien gelten kann. Südlich von 30° aber, im Distr. Coolgardie, treten die Eucalypten mehr und mehr hervor, so daß jene Mulga-Akazien zur Rolle des Unterholzes in den allerdings oft sehr lichten Wäldern herabsinken. Weiter nach Westen zu, also in den Gebieten mittlerer Trockenheit der Distrikte Irwin, Avon, des inneren Stirling und westlichen Coolgardie, verschwinden jene Mulga-Arten. Dafür aber treten auf dem Lehmland andere Arten von strauchigem und baumförmigem Wuchs auf, welche den Bestandteilen des Mulga-Scrubs verwandt sind. Diese Zone, die man nach dem pflanzengeographisch wichtigsten Vertreter der Gattung die Acacia acuminata-Zone nennen kann, umfaßt alle Lehm-Gebiete, sowie die Wasser-Rinnen der Distrikte Irwin, Avon, Inner-Stirling, Eyre und des westlichen Coolgardie. Sie erreicht nach Westen ihre Grenze am Kamm des Plateau-Randes, wo ihr der Jarra-Wald des Darling Range Halt gebietet. Im Süden kann der Stirling Range als Süd-Grenze der Zone gelten. *Acacia acuminata*, die in dem ganzen bezeichneten Gebiete vorkommt und die nach Osten zu in die im Innern strauchige *A. doratoxylon* übergehen dürfte, ist ein Bestände bildender Baum, der zusammen mit Binnen-Eucalypten, Misch-Wälder von geringer Dichtigkeit bildet. Die anderen Arten dieser Zone sind z. T. auch baumartig, wie *A. microbotrya*, *A. aestivalis*, *A. Harveyi*, aber nirgends so herrschend wie *A. acuminata*. Die verschiedenen strauchigen Arten, die das Unterholz dieser Misch-Wälder in hervorragender Weise zusammensetzen, sind im Distrikt Avon: *A. Meissneri*, *A. ligustrina*, *A. Graffiana*; im Distr. Irwin *A. salicina*, *A. scirpifolia;* im inneren Stirling und Eyre: *A. pycnophylla*, *Harveyi*, *subcoerulea*; im westlichen Coolgardie: *A. salicina*, *A. Merrallii*, *A. Meissneri*, *A. subcoerulea.* Dieser ganze Bestand weist in seiner Verwandtschaft nach der Eremaea und nach Osten.

Sobald jedoch in dem soeben charakterisierten Gebiet der Sand zu Tage tritt, hört für die Existenz der geschilderten Misch-Wälder und der Weidenblatt-Akazien jede Möglichkeit auf. Die niedrige, nicht eremaeische, baumlose Strauchheide tritt an die Stelle.

Eine ganz untergeordnete Rolle spielen die höheren Akazien in dem temperierten Südwest-Gebiet, den Distrikten Darling, Warren, Süd-Stirling und Süd-Eyre. In den dichten Jarra-Wäldern des Plateau-Randes

und den feuchten Wäldern des äußersten Südwestens und Südens fehlen höhere Weidenblatt-Akazien gänzlich. Nur in der Nähe der Küsten und an den Flußläufen bis ins Gebirge hinauf bieten sich ihnen günstige Bedingungen. An solchen Orten ist im Distrikt Darling die oft baumartige *A. cyanophylla* mit ihren breiten Phyllodien ein gewöhnlicher Typus, ebenso *A. cyclopis*. Die Mulga-Akazie *A. salicina* des ganzen südlicheren Zentral-Australiens, die, durch den Distrikt Coolgardie hindurchgehend, im Distrikt Irwin die Westküste erreicht, setzt ihre Verbreitung von dort nach Süden zu in der ganz auf die Dünen beschränkten, kaum spezifisch verschiedenen *A. rostellifera* fort, die jedoch ebenfalls wenig südlich des Swan Rivers ihre Südgrenze erreicht.

Die Blütezeit ist im temperierten Westaustralien für jede Art eine durchaus bestimmte und ziemlich kurze. Sie fällt zumeist in die Regenzeit, vom Mai bis September, doch fehlt es in keiner Jahreszeit an einigen blühenden Arten.

Durch die verschwenderische Fülle der zumeist im leuchtendsten Gelb prangenden und durch einen zarten, für jede Spezies eigentümlich nüancierten Duft ausgezeichneten Blüten bilden die Akazien eine Hauptzierde der Flora von Westaustralien.

Acacia alata R. Br. (B. II. 320).

Leguminibus praecipue supra setis asteriformi-aggregatis hirsutis.

Acacia alata R. Br. var. **biglandulosa** Benth. (B. II. 321).

Etiam tomento longe hirsuto, capitulis ac pedunculis ca. duplo majoribus, colore albicante a typo differt.

Hab. in distr. Irwin in clivis lapidosis collis White Peak flor. m. Jun. (D. 3237).

Acacia diptera Lindl. (B. II. 321).

Forma latissima usque ad 1,5 m alta ac racemis elongatis ad 8 capitulatis, pedunculis gracilibus, ex dunis litoralibus pr. Claremont (distr. Darling) adest (D. 3188). Formae angustiores et humiliores in eodem districtu montes versus (Helena Vale, Bellevue) occurrunt.

Acacia stenoptera Benth. (B. II. 321).

Omnia specimina ex variis regionibus flores albidos exhibent, uno excepto pr. Serpentine River in arenosis collecto, quod flores aureos praebet (D. 2833, E. Pritzel Pl. Austr. occ. 272).

Acacia incurva Benth. (B. II. 322).

A nobis in distr. Darling pr. Serpentine River in locis arenoso-argillaceis interdum humidis recollecta flor. m. Aug. (D. 3771, E. Pritzel Pl. Austr. occid. 484).

Acacia inamabilis E. Pritzel n. sp.

Fruticulus erectus ramosus glaberrimus, ramis prominenter 5—10-nervosis, stipulis recte patentibus pungentibus. Phyllodiis plus

minus decurrentibus erectis, raro paullo falcatis tetragonis prominenter 4-nervosis, nervis saepe nitentibus, rigidissimis, acriter pungenti-acuminatis. Floribus non visis. Capitulis breviter pedunculatis solitariis axillaribus; leguminibus planis, sed crassiusculis, linearibus, phyllodiis longioribus, obtusis, marginibus haud prominentibus atro-brunneis.

Fruticulus ca. $^3/_4$ m altus. Stipulae 3—4 mm longae. Phyllodia 3—4 cm longa, basi usque ad 2 mm lata. Legumen 5—8 mm longum, 4 mm latum.

Hab. in distr. Coolgardie versus fines meridionales pr. Gilmores in silvis apertis lutoso-lapidosis, flor. m. Nov. (D. 5271).

Species nova inter *A. continuam* Benth. et *A. teretifoliam* Benth. medium tenens, ab *A. continua* Benth. stipulis pungentibus et legumine haud curvato, ab *A. teretifolia* Benth., cui stipulis similis est, phyllodiis rigidioribus decurrentibus, acute acuminatis diversa.

Acacia latipes Benth. (B. II. 324).

Specimina ex fruticibus usque ad 1,5 m altis legimus in distr. Irwin pr. Northampton et ad Greenough River in fruticetis arenosis (D. 3292, 5651).

Acacia colletioides A. Cunn. var. **nyssophylla** F. v. M. (B. II. 326).

In regionibus interioribus haud rara videtur: In distr. Coolgardie pr. Boulder leg. W. V. Fitzgerald. In distr. Avon pr. Tammin in eucalyptetis lutosis leg. E. Pritzel Pl. Austr. occid. 763.

Acacia striatula Benth. (B. II. 326).

Specimina ex variis locis distr. Irwin in collectionibus nostris adsunt, cuius fines haec species vix transgredi videtur.

Acacia campylophylla Benth. (B. II. 326).

Ramis ascendentibus in distr. Stirling pr. Cranbrook in eucalyptetis occurrit.

Acacia barbinervis Benth. (B. II. 327).

Inter cetera specimina quoddam in distr. Darling pr. Jarradale a W. V. Fitzgerald collectum legumen maturum exhibens habeo. Itaque descriptioni addendum est: Legumen late lineare falcato-curvatum acuminatum, valvis coriaceis longitudinaliter striatis, marginibus non incrassatis.

Acacia Baxteri Benth. (B. II. 328).

In distr. Stirling prope Mount Barker in eucalyptetis arenosis a Diels (D. 2333) collecta est.

Acacia auronitens Lindl. (B. II. 328).

Usque ad distr. Irwin pr. Mingenew (D. 3063) extendit.

Acacia auronitens var. **mollis** E. Pritzel.

Omnino molliter cinereo-pubescens. In distr. Avon pr. Mogumber in collibus lapidosis, deflor. m. Aug. (D. 4301).

Acacia quadrisulcata F. v. M. (B. II. 328).

Specimen phyllodiis duplo brevioribus recedens, sed ceterum congruens habeo ex distr. Irwin pr. Hutt River in arenosis (D. 5674).

Acacia tamminensis E. Pritzel n. sp.

Fruticulus pauce sed divaricate ramosus, glaberrimus, ramis et ramulis

junioribus subteretibus sublaevibus vel obscure striatis cortice brunneo-purpurascente. Phyllodiis sparsis brevibus linearibus rigidis subteretibus vel saepius profunde quadrisulcatis, acutissimis, basi incrassata sessilibus rectangulariter patentibus. Capitulis solitariis axillaribus phyllodiis brevioribus, ca. 15-floris. Floribus 5-meris, sepalis liberis parvis lineari-spathulatis obscure tinctis; petalis extus laevibus quam sepala ca. duplo longioribus, deinde liberis.

Fruticulus ca. 1/2—2/3 m altus. Phyllodia 0,5—1 cm longa, 1—2 mm lata.

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in fruticetis arenosis apertis flor. m Majo (D. 2879).

Species valde affinis *A. quadrisulcatae* F. v. M. et *A. sphacelatae* Benth., quibus floribus simillima, sed differt phyllodiis sparsis rectangulariter patentibus brevioribus basi incrassata sessilibus. *A. costatae* Benth. phyllodiis similis sed petalis extus laevibus, capitulis plurifloris diversa.

Acacia Fitzgeraldii E. Pritzel n. sp.

Fruticulus diffusus, ramis flexuosis (sed rigidis), stipulis spinescentibus recurvis. Phyllodiis erecto-patentibus lineari-lanceolatis, rigidis, in apicem acutum attenuatis, basin versus angustatis, rigidecrassis glabris nervo medio prominente excepto obscure reticulatis, glaucescentibus. Pedunculis brevissimis, capitulis usque ad 20-floris; floribus 5-meris, sepalis liberis minutis tenuibus lineari-spathulatis rotundatis vel subtruncatis, petalis duplo vel triplo longioribus ovato-lanceolatis crassiuscule mucronatis.

Fruticulus ca. 80 cm altus. Stipulae ca. 2 mm longae. Phyllodia 2—3 cm longa, 3—5 mm lata. Capitula ca. 4—6 mm diam. Petala usque ad 2 mm longa.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Bardoc in arenosis aridis flor. m. Jul. 1899 leg. W. V. Fitzgerald.

Species seriei *Uninerves* § *Pungentes* inserenda fortasse *A. Baxteri* Benth. affinis, sed semper uninervis, phyllodiis vix falcatis, basin versus attenuatis.

Acacia Fitzgeraldii E. Pritzel var. **brevior** E. Pritzel.

Phyllodiis brevioribus cum ramulis junioribus cinereo-pubescentibus, marginibus plus prominentibus quam in forma typica.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Coolgardie, leg. C. L. Webster 1898.

Acacia collina E. Pritzel n. sp.

Fruticulus erectus ramosus, glaberrimus, ramis subspinescentibus vel apicibus aphyllis finientibus. Stipulis persistentibus brevibus spinescentibus. Phyllodiis lanceolatis, pungentibus, in petiolum brevissimum attenuatis, erecto-patentibus, margine superiore saepe obtusissime angulato, nervo medio supra subtusque prominente, obscure penninerviis, interdum nitentibus, marginibus crassiusculis. Pedunculis in axillis superioribus solitariis vel potius racemose-aggregatis, foliis aequantibus vel brevioribus, capitulis globosis majusculis, floribus numerosis densissimis aureis, 5-meris. Sepalis liberis, anguste linearibus, apice orbiculariter dilatatis, margine denticulatis, corollae tubum

plus minus aequantibus; corollae lobis tubum aequantibus obtusis concavis, laevibus.

Frutex 1—2½ m altus. Folia 1—2 cm longa, 3—4 mm lata. Pedunculi ½—1 cm longi; capituli 5—7 mm diam. (pro exemplo 5 mm lati, 7 mm longi). Sepala 1 mm longa. Corolla ca. 2 mm longa, lobi ca. 1 mm longi, laeves.

Hab. in distr. Avon prope Mogumber in collibus lapidosis fruticeta formans, flor. m. Aug. (D. 4043).

Species praecedenti probabiliter affinis, sed differt phyllodiis latioribus, stipulis brevioribus et praecipue pedunculis longioribus, capitulis majoribus multifloris; praeterea frutex conspicuus est. Inter § *Armatas Uninervium* floribus *A. congestae* Benth. simillima et fortasse affinis, sed differt phyllodiis rectis acute pungentibus. Etiam *A. nervosae* phyllodiis interdum similis a qua autem capitulis multifloris diversa. Phyllodiorum habitu *A. scalpelliformem* Meissn. commemorat, sed semper uninervis invenitur.

Acacia laricina Meissn. (B. II. 330).

In distr. Stirling in arenosis flor. m. Nov. haud infrequens, e. gr. pr. Cranbrook (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 959). — Descriptioni addendum: Legumen maturum valvis rigidis convexis prominenter nervosis.

Acacia sphacelata Benth. (B. II. 331).

Specimina typica in distr. Darling pr. Guildford collecta. Specimina ex regionibus septentrionalibus plus minus in *A. striatulam* Benth. vel *A. quadrisulcatam* F. v. M. transeunt.

Acacia genistoides A. Cunn. (B. II. 329).

Species Eremaeae typica in distr. Irwin (White Peak, Mingenew) ultra fines progressa. In distr. Austin frequens pr. Carnarvon, Cue; in distr. Coolgardie pr. Mungari (D. 1697), Boulder (W. V. Fitzgerald).

Specimina ex regionibus maxime interioribus (ex distr. Coolgardie) forsan potius ad *A. tetragonophyllam* trahenda videntur, praecipue propter phyllodia magis fasciculata; a speciminibus quibusdam Australiae meridionalis (pr. Mount Lyndhurst collectis) vix discriminanda sunt.

Acacia tetragonocarpa Meissn. (B. II. 336).

Forma **scabra** Benth. ramulis verrucis prominentibus asperrimis hab. in distr. Stirling pr. Cranbrook in clivis lapidosis apertis, rara, flor. m. Majo (D. 3000).

Acacia restiacea Benth. (B. II. 336).

Frutex ca. bimetralis, in distr. Irwin pr. White Peak in arenosis lutosis frequens, flor. m. Jun. (D. 3233).

Acacia squamata Lindl. (B. II. 336).

In distr. Darling septentrionali pr. Mooliabeenee, in locis apertis arenosis lapidosis, flor. m. Jun. (D. 3141).

Acacia brachyphylla Benth. (B. II. 337).

In distr. Eyre pr. Graspatch in lutoso-arenosis apertis, flor. m. Nov. (D. 5291).

Acacia triptycha F. v. M. (B. II. 337).

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in fruticetis arenosis, flor. m. Oct., leg. E. Pritzel Pl. Austr. occ. 1019.

Acacia triptycha F. v. M. var. **pungens** E. Pr.

Phyllodiis brevioribus acutis a typo differens, ceterum toto congruit.

In distr. Stirling pr. Kalgan River superiorem in fruticetis arenosis, flor. m. Oct. (D. 4596).

Acacia scirpifolia Meissn. (B. II. ,339).

Hab. in distr. Irwin ad Chapman River pr. Geraldton frequens ca. bimetralis, fruticeta densa efformans, flor. m. Aug. (D. 3757, 4154); pr. Hutt River trimetralis, fruct. m. Nov. (D. 5687).

Acacia extensa Lindl. (B. II. 340).

Ex variis locis saltus Darling Range australioris adest: Greenbushes, Donnybrook, Collie, ubi praecipue in silvis umbrosis crescit.

Acacia gonophylla Benth. (B. II. 340).

Orientem versus in distr. Eyre ad Esperance progreditur ubi fruticeta arenosa incolit (D. 5449).

Acacia gonophylla Benth. var. **crassifolia** Benth. (B. II. 340).

In eadem regione pr. Gibsons Soak crescit (D. 5325).

Acacia prismifolia E. Pritzel n. sp.

Fruticulus ramosus villosus, praecipue partibus junioribus phyllodiis numerosis densis 3—4-costatis, costis pubescentibus, linearibus, apice rotundatis, breviter mucronatis, basin versus attenuatis. Capitulis breviter pedunculatis, ca. 10-floris. Floribus 5-meris, calyce tenui 5-lobato, extus villoso, lobis brevibus (tubum vix aequantibus), obtusis, petalis subliberis calycem ca. duplo superantibus ovatis obtusis.

Fruticulus ca. 0,5 m altus. Phyllodia 5—9 mm longa, 2 mm lata. Pedunculi 3—4 mm longi, capituli ca. 3—4 mm diam. Petala vix 1 mm longa.

Hab. in distr. Stirling in partibus occidentalibus montium Stirling Range in clivis lapidosis in fruticetis densis, flor. m. Majo (D. 3117).

Species probabiliter ex affinitate *A. sulcatae* R. Br. vel *A. gonophyllae* Benth., sed tomento et phyllodiis 3—4-gonis brevibus costis valde prominentibus villosis, apice subtruncatis mucronulatis valde distincta. Floribus *A. gonophyllae* Benth. valde similis.

Acacia poliochroa E. Pritzel n. sp.

Fruticulus copiose ramosus, partibus junioribus breviter pubescens vel subvillosus. Phyllodiis densissimis, brevibus, linearibus, oblique mucronulatis, rigidis, crassis, nervo medio valde prominente (interdum subtetragonis) breviter cinereo-pubescentibus, junioribus sericeis, erectis raro plus minus curvatis. Pedunculis 1-capitulatis solitariis axillaribus, phyllodiis longioribus, gracilibus purpurascentibus, capitulis ca. 20-floris; floribus 5-meris, sepalis subliberis, minutis ovatis rotundatis, petalis sepala multo superantibus, anguste ovatis concavis. Legumine lineari spiraliter involuto ac flexuoso, inter semina plus minus attenuato cum margine brunneo purpurascente albido-sericeo.

Fruticulus $^2/_3$—$^1/_2$ m altus. Phyllodia 6—9 mm longa, ca. 2 mm lata. Pedunculi 1—1,5 cm longi, petala vix 1 mm longa. Legumen (sed vix maturum) ca. 2 mm latum, usque ad 5 cm longum.

Hab. in distr. Coolgardie prope Gilmores, in silvarum apertarum solo lutoso durissimo, flor. m. Nov. (D. 5269).

Species *A. gonophyllae* Benth. affinis videtur, sed valde differt tomento, phyllodiis brevioribus, sepalis minutis liberis obtusis. Legumine ac pedunculis longiusculis *A. triquetrae* Benth. et *A. porphyrochilae* E. Pritzel haud dissimilis et forsan affinis.

Acacia ericifolia Benth. (B. II. 340).

Species valde polymorpha:

α. **typica**, in distr. Darling, Bellevue, Darling Range (D. 3177).

β. **glaucescens** E. Pritzel. Glauco-viridis, pedunculis quam phyllodia vix duplo brevioribus, phyllodiis saepe falcato-recurvis: in distr. Avon pr. Moora in arenosis (D. 3097).

γ. **crassa** E. Pritzel. Phyllodiis crassis, carnosis, superioribus saepe perbrevibus, obtusis, saepe applanatis, pedunculis = $^1/_2$ phyllodiis. In distr. Irwin pr. Mingenew in arenosis, flor. m. Jun. (D. 3058, E. Pritzel Pl. Austr. occ. 376), in distr. Avon (D. 4058), pr. Mogumber (D. 4058).

δ. **tenuis** E. Pritzel. Phyllodiis tenuibus. In distr. Irwin pr. Greenough River in arenosis (D. 4212).

Acacia psammophila E. Pritzel n. sp.

Frutex ramosus glaber, ramis saepe pruinosis. Phyllodiis numerosissimis parvis, glaucis, glabris, crassis, ovatis vel oblonge-ellipticis, obtusissimis, in petiolum colore distinctum attenuatis, supra planis, subtus valde convexis interdum bisulcatis. Pedunculis in axillis superioribus solitariis crassis, quam phyllodia brevioribus vel aequantibus, capitulis globosis ca. 20-floris. Floribus 5-meris; bracteis linearibus, supra peltatis, peltis membranaceis plus minus orbicularibus flores juniores tegentibus, sepalis spathulatis truncatis extus breviter pubescentibus, petalis junioribus adnatis laevibus sepala vix superantibus.

Frutex $^1/_2$—$^3/_4$ m altus. Phyllodia ca. 4 mm longa, 2 mm lata, 1—2 mm crassa, petiolus ca. $^1/_2$ mm longus ac latus. Pedunculi 2—4 mm longi, capituli immaturi 2 mm diam., sepala ca. $^3/_4$ mm longa.

Hab. in distr. Irwin pr. Greenough River juxta viam Mullewensem in fruticetis arenosis, c. alabastr. m. Julio (D. 3294).

Species ex affinitate *A. ericifoliae* Benth., sed phyllodiis crassis duplo brevioribus, glaucis, supra planis, ellipticis valde distincta, floribus similis.

Acacia Dielsii E. Pritzel n. sp.

Fruticulus erectus ramosus, ramis junioribus albido-villosis, mox subglabris. Phyllodiis apicem versus numerosis, crassiusculis, teretibus, ca. 15—20-nerviis, obtusis, mucronulatis, rectis vel incurvo-falcatis, glabris vel basi (junioribus) breviter lanatis; pedunculis brevibus phyllodiis duplo vel triplo brevioribus; capitulis minutis ca. 10-floris; floribus 5-meris, sepalis basi connatis, apice truncatis, brunneis, corolla sepalis duplo vel triplo longiore, lobis tubo subaequantibus recurvis, staminibus sulphureis.

Fruticulus ca. 50 cm altus. Phyllodia ca. 10—15 mm longa, 1—1,6 mm crassa. Pedunculi ca. 3—4 mm longi, capituli 1—2 mm diam., corolla usque ad 1 mm longa, stamina usque ad 1,5—2 mm longa.

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in campis arenosis aridis, flor. m. Maj. (D. 2859).

Species ex affinitate *A. ericifoliae* Benth. et *A. uncinellae* Benth., sed phyllodiis crassiusculis multinerviis obtusissimis, capitulis minutis ca. 10-floris distincta. Etiam sepalis truncatis basi connatis et staminibus albidioribus differt.

Acacia uncinella Benth. (B. II. 341).

Partibus junioribus sericeo-pubescentibus, ramis diffusis. — Hab. in distr. Eyre pr. Philipps River in eucalyptetis lutosis flor. m. Octob. (D. 4837).

Acacia Rossei F. v. M. in Vict. Natural. July 1893. — Fig. 33 *A—D*.

Fruticulus ramis virgatis, pauceramosis erectis praeditus, viscidissimus. Stipulis conspicuis, filiformibus, brunneis. Phyllodiis densissi-



Fig. 33. *A—D Acacia Rossei* F. v. M.: *A* Ramus fructifer. *B* Phyllodium. *C* Capitula. *D* Flos. — *E—G Acacia sorophylla* E. Pritzel: *E* Ramus. *F* Ramulus. *G* Flos.

mis, erectis, imbricatis, anguste linearibus, sed bilateralibus rigidis, nervo medio valde prominente, vel phyllodiis utroque latere bisulcatis marginibus nervoque glandulis resiniferis verrucosis, apice irregulariter oblique truncatis vel mucronatis. Pedunculis phyllodiis vix longioribus, apicem versus condensatis, capitulis multifloris (30—40);

bracteis ex capitulis immaturis excellentibus, infra angustis, supra cochleariformi-dilatatis sed acuminatis; floribus 5-meris, sepalis subliberis lineari-spathulatis concavis; petalis plus minus adnatis quam sepala dimidio longioribus, ovatis obtuse-acuminatis. Pedunculis fructiferis foliis longioribus, rigidis, erecto-patentibus, teretibus, stramineo-coloratis. Leguminibus (Fig. 33 *A*) in pedunculo paucis, ovatis, applanatis rugosissime prominenter reticulatis, marginibus distinctis verrucosis. Seminibus obliquis vel subtransversalibus, textura spongiosa circumdatis, atris, oblonge-globosis, arillo conspicuo crasso.

Fruticulus 1/2—1 1/2 m altus. Stipulae ca. 4 mm longae. Phyllodia 1,5—2,5 cm longa, ca. 1 mm lata. Pedunculi floriferi ca. 8 mm longi, capitula matura ca. 5—8 mm diam. Petala usque ad 2 mm longa. Pedunculi fructiferi saepe 3 cm longi; legumina matura 2—3 cm longa, 1 cm lata.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Bronti in apertis arenosis aridis, fruct. m. Nov. (D. 5594); inter Blackwood River et Lake Lefroy (leg. Cronin 1893 in herb. Melbourne).

Species distinctissima cum phyllodiis confertissimis resinosis tum leguminibus in toto genere omnino abnormibus. Positione systematica incerta, a cl. F. v. Müller *Brunonioideis* inserta est, probabiliter propter phyllodia confertissima. Potius juxta *A. uncinellam* Benth. inter *Calamiformes* ponenda mihi videtur.

Acacia sorophylla E. Pritzel n. sp.

Fruticulus ramosus, ramulis rigidis crassis, patentibus spinescenti-finientibus, cortice albido cinereo. Phyllodiis minutis numerosissimis ad 1—10, in nodis congregatis, rugosis, crassis, glabris, cuneato-triangularibus, angulo supero rotundato, infero mucronulato, nervis inconspicuis. Pedunculis brevibus phyllodiis vix duplo longioribus, capitulis parvis ca. 10-floris. Sepalis 5 distinctis, minutissimis, petalis 5 sepala ca. triplo superantibus, basi cohaerentibus, ovato-lanceolatis, staminibus aureis.

Fruticulus ca. 0,5 m altus. Ramuli speciminum meorum 1—4 cm longi. Phyllodia 1—2 mm longa, 1 mm lata. Pedunculi ca. 1—3 mm longi.

Hab. in distr. Eyre ad fines septentrionales ca. 45 km ab Esperance septentrionem versus in locis arenosis apertis, flor. m. Nov. (D. 5445).

Species nova seriei *Brunioideae* inserenda. *A. minutifoliae* F. v. M. a cl. Giles in Australia meridionali collectae affinis videtur, sed differt ramis ramulisque multo rigidioribus et phyllodiis crassis cuneatis rectioribus enerviis.

Acacia leptacantha E. Pritzel n. sp.

Fruticulus diffusus glaber, divaricate-ramosissimus, ramulis rectangulariter patentibus, tenuibus, spinescentibus, ramis ramulisque prominenter striatis, inter costis glaucescentibus, stipulis setaceis. Phyllodiis lineari-subulatis pungentibus, quadrisulcatis, vix applanatis, erectis. Capitulis subsessilibus ca. 20-floris, floribus 5-meris, calyce profunde 5-lobo, tenui, lobis oblongis rotundatis; corolla duplo longiore, ad medium 5-lobata, nervo medio vix prominente.

Fruticulus vix 20 cm altus. Ramuli rectangulariter patentes 0,6—0,8 cm longi. Phyllodia usque ad 1 cm longa. Corolla ca. 2 mm longa.

Hab. in distr. Avon in ditionis Victoria Plains clivis glareosis apertis, flor. m. Aug. (D. 3987).

Species juxta *A. oxycladam* F. v. M. ponenda, differt habitu humiliore, ramis ramulisque prominenter striatis vel nervosis, phyllodiis plus minus quadrisulcatis, capitulis subsessilibus. Inter *Uninervias* spinescentes cum *A. ulicina* Meissn. comparanda, cui phyllodiis pungentibus, habitu humiliore ac ramulis lateralibus numerosis rectanguliter patentibus diversa.

Acacia nervosa DC. (B. II. 346).

Foliis saepe acute pungentibus, floribus odorem gravem *Heliotropii* exhalantibus vernalibus (m. Majo—Julio).

Acacia obovata Benth. (B. II. 346).

Descriptioni addendum: Legumine anguste-lineari, acuto, rectiusculo, interdum torquato, glabro, brunneo-purpurascente, margine crasso, sulcato.

Species loca glareosa silvarum subumbrosarum montium Darling Range amans flor. m. Martio. Specimen fructiferum pr. Greenbushes in silvis umbrosis a Diels (D. 3870) m. Aug. collectum.

Acacia armata R. Br. (B. II. 347).

Pr. Albany et Guildford a nobis observata est, sed vix indigena.

Acacia idiomorpha A. Cunn.

Descriptioni addendum: Leguminibus late-linearibus dense ac longe sericeo-setosis, curvatis.

Hab. in distr. Irwin haud raro pr. Geraldton in arenosis calcareis humilis vel diffusa flores odore amygdalino insignes m. Jun. praebet (D. 2061, 3199; E. Pritzel Pl. Austr. occ. 432); pr. Mingenew fruct. (D. 4132).

Acacia crassistipula Benth. (B. II. 349).

Hab. in distr. Avon pr. Mogumber in glareosis lutosis flor. m. Jun. (D. 3195).

Acacia horridula Benth. (B. II. 350) var. **hastulatoides** E. Pritzel.

Phyllodiis angustis haud densis et ramulis elongatis gracilibus floribusque inter speciminibus typicis *A. hastulatae* ex viciniis freti King George Sound et *A. horridulae* districtus Darling intermedia. Hab. in distr. Stirling pr. Marbellup in fruticetis arenosis humidis, flor. m. Jul. (D. 3393).

Acacia divergens Benth. (B. II. 350).

In silvis umbrosis distr. Darling meridionalis (pr. Collie, Greenbushes) haud rara; etiam in distr. Stirling in clivis montis Toolbrunup a Diels (4660) collecta. — Frutex usque ad 3,5 m altus, floribus pallide flavidis ornatus.

Acacia biflora R. Br. (B. II. 351).

In toto distr. Stirling usque ad regiones interiores divulgata videtur, sed polymorpha.

Acacia biflora R. Br. var. **aurea** E. Pritzel.

Robustior, ramis erectis, floribus aureis. Hab. in distr. Stirling pr. Cranbrook in fruticetis arenosis prope vicum (D. 2956, E. Pritzel Pl. Austr. occ. 341).

Acacia decipiens R. Br. (B. II. 351).

In dunis regionum australiorum fruticeta densa efformans; e. gr. pr. King George Sound, pr. Busselton (dist. Warren) et locis aliis.

Acacia cuneata Benth. (B. II. 351).

Speciem priorem septentrionem versus in dunis calcareis distr. Darling continuare videtur.

Acacia dilatata Benth. (B. II. 352).

In distr. Irwin pr. Watheroo in fruticetis arenosis collecta flor. m. Jan. (D. 2128).

Acacia bidentata Benth. (B. II. 352).

Formis duabus separandis occurrit:

α. **typica.** Phyllodiis minutis, brevioribus quam latis, prominenter reticulatis, junioribus hirsutis, capitulis minutis aureis breviter pedunculatis. Hab. in distr. Avon in ditione Victoria Plains in eucalyptetis glareosis, flor. m. Aug. (D. 3966, E. Pritzel Pl. Austr. occ. 563).

β. **australis** E. Pritzel. Phyllodiis plus minus cuneatis, longioribus quam latis, glabris, floribus pallidis, capitulis conspicuis. Hab. in distr. Eyre inter Warrungup et Pallinup River flor. m. Oct. (D. 4694).

Acacia Forrestiana E. Pritzel n. sp.

Frutex erectus ramosus, ramulis cum phyllodiis junioribus pedunculisque hirsutis. Phyllodiis erectis cuneatis triangularibus, ca. duplo longioribus quam latis, uninerviis, marginibus incrassatis, margine transversali integro vel ad apicem nervi mediani paulo emarginato in spinam phyllodio ca. duplo breviorem sursum versam rectam excurrente, angulo superiore ca. rectangulari paulo rotundato, angulo inferiore acuto. Nervo medio saepe non omnino mediano sed margini superiori approximato. Pedunculis in axillis superioribus solitariis, quam phyllodia brevioribus vel vix subaequis. Capitulis globosis majusculis ca. 15—20-floris, bracteis subulatis, hirsutis, ex capitulis inapertis exsertis, floribus 5-meris, sepalis nullis vel minimis liberis truncatis longe hirsutis; corolla lobata, lobis tubo brevioribus vel aequilongis.

Fruticulus ca. 0,5 m altus. Phyllodia 1—2 cm longa, 0,5—1 cm lata (margine transversali), spina ca. 3—4 mm longa. Pedunculi 0,5—1 cm longi, capituli 0,5—1 cm diam.

Hab. in distr. Avon septentrionali prope Dandaragan in collibus apertis glareosis, flor. m. Dec. (D. 5761).

Species structura florum *A. Huegelii* Benth. valde affinis, sed phyllodiis triangularibus dissimilis et sectioni *Triangulares* § *Uninerves* inserenda.

Acacia nodiflora Benth. (B. II. 344).

Cui speciei specimina dua collectionum nostrarum inserenda, sed a typo plus minus diversa censeo:

Acacia nodiflora Benth. var. **scoparia** E. Pritzel. Ramis elongatis pauciramosis teretibus, phyllodiis rarissimis. In distr. Avon pr. Tammin in eucalyptetis in solo lutoso duro flor. m. Oct. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 764).

Acacia nodiflora Benth. var. **ferox** E. Pritzel. Ramulis erectis numerosis, crassis, rigidis, acutis, habitu humiliore, phyllodiis majoribus. Hab. in distr. Eyre orientali pr. Graspatch in lutoso-arenosis flor. m. Nov. (D. 5310).

Acacia spinosissima Benth. (B. II. 344).

Speciminum nostrorum habitus diffusus. Hab. in distr. Stirling pr. Cranbrook in eucalyptetis fruticosis arenosis, flor. m. Sept. (D. 4514, E. Pritzel Pl. Austr. occ. 706).

Acacia ulicina Meissn. (B. II. 345).

Hab. in distr. Irwin pr. Greenough River (D. 4211).

Acacia erinacea Benth. (B. II. 345).

Species regionum interiorum, septentrionem versus oram maris appropinquans. Forma typica 1,5 m alt. invenitur in distr. Irwin pr. Mingenew (D. 4271); in distr. Austin pr. Murrinmurrin (leg. W. J. George).

Acacia erinacea Benth. var. **microphylla** E. Pritzel.

Habitu humiliore, phyllodiis minoribus, sparsis vel subnullis: Hab. in distr. Avon pr. Tammin in eucalyptetis flor. m. Oct. (D. 5012), in distr. Coolgardie pr. Kalgoorlie et Coolgardie (W. V. Fitzgerald, Webster).

Acacia Huegelii Benth. (B. II. 345).

Species in distr. Darling arenosis frequentissima, flores albido-flavidos odorem amygdalinum spargentes initio aestatis (m. Dec.) gignit.

Acacia ligustrina Meissn. (B. II. 354).

Frutex ad 2,5 m altus, floribus odore deliciosis. In distr. Avon pr. Newcastle in collibus lapidosis collecta, flor. m. Febr. (D. 2577).

Acacia Meissneri Lehm. (B. II. 354).

Hab. in distr. Avon pr. York in eucalyptetis lutosis frequens flor. m. Febr.

Acacia Merrallii F. v. M. in Proc. Linn. Soc. NSWales 2. ser. V. 18 (1890).

Foliis rigidissimis in distr. Coolgardie pr. Boulder (W. V. Fitzgerald); pr. Bullabulling (leg. D. 5215) ubique in solo lutoso.

Acacia Merrallii F. v. M. var. **tamminensis** E. Pritzel.

Partibus novellis breviter cinereo-pubescentibus: in distr. Avon pr. Tammin in eucalyptetis (D. 5013).

Acacia spathulata F. v. M. (B. II. 356).

In arenosis apertis distr. Irwin divulgata: e. gr. pr. White Peak, pr. Greenough et Irwin Riv., frequentissima.

Acacia porphyrochila E. Pritzel n. sp.

Fruticulus glaber ramosus, ramulis viscidis, petiolis phyllodiorum

decurrentibus ca. 3-angulatis. Stipulis 0. Phyllodiis numerosis, erectis, glabris, laevibus, rigidis glaucescentibus, obovatis obliquis, pungenti-mucronulatis, prominenter uninerviis, nervis lateralibus pinnatis. Pedunculis in axillis superioribus solitariis, phyllodia superantibus. Floribus 5-meris, sepalis liberis, lineari-spathulatis corollae dimidium aequantibus; corolla profunde-lobata vel -divisa, lobis ovatis. Legumine spiraliter involuto latiusculo, saepe glauco, margine purpurascente.

Fruticulus ca. 0,5 m altus. Phyllodia 6—8 mm longa, 3 mm lata. Pedunculi usque ad 1 cm longi, sepala ca. 1 mm, corolla 1,5 mm longa. Legumen ca. 3 mm latum. Legumine *A. poliochroae* valde affinis.

Hab. ad distr. Coolgardie fines meridionales pr. Gilmores in lutosis fruticosis deflor. fructif. m. Nov. (D. 5876).

Species nova *A. triquetrae* affinis, sed differt phyllodiis obovatis, ramulis viscidis.

Acacia Dempsteri F. v. M. Fragm. XI. 65.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Lake Cowan in eucalyptetis lutosis flor. ac fruct. Nov. — Specimen alterum inarmatum in distr. Austin pr. Menzies (D. 5192) collectum etiam huic speciei insero.

Acacia microbotrya Benth. (B. II. 363).

Arbor in solo lutoso totius distr. Avon frequentissima, meridiem versus usque ad eucalypteta distr. Stirling (pr. Cranbrook) a nobis observata.

Septentrionem versus usque in distr. Irwin divulgata, ubi

Acacia microbotrya Benth. var. **borealis** E. Pritzel. A typo phyllodiis haud glaucescentibus, racemis brevioribus, floribus aureis nec pallidis diversa; praecipue in distr. Irwin occurrit: prope Watheroo et ad Irwin Riv. superiorem pr. Mingenew a nobis collecta. Species Majo—Julio floret.

Acacia aestivalis E. Pritzel n. sp. — Fig. 34.

Arbuscula glaberrima, ramulis junioribus interdum paulo angulatis, copiose foliatis. Foliis glaucis linearibus vel oblongis, paulo falcato-curvatis, apice obtusatis rotundatis vel saepe oblique-mucronatis, basin versus sensissime attenuatis, irregulariter penninerviis, nervis paulo prominentibus. Capitulis racemose-aggregatis, racemis in axillis superioribus solitariis foliis multo brevioribus, capitulis minimis ca. 20-floris. Floribus 5-meris, sepalis deinde plus minus liberis, truncatis vel spathulatis, minutissime denticulatis ac pubescentibus, junioribus cohaerentibus (bracteolis in capitulis junioribus peltatis), petalis liberis, sepala vix duplo superantibus oblongis vel ovatis, apice extus pubescentibus, nervo medio vix prominente. Legumine maturo (Fig. 34 *G*) vix curvato, lato, plano, super seminibus incrassato inter semina vix angustato, coriaceo, marginibus vix incrassatis; seminibus ca. orbicularibus vel longitudinaliter oblongis applanatis, nigrescentibus, arillo crasso carinato laterali brunneo.

Arbuscula ca. 3 m alta. Specimina ex Moora: Folia ca. 4 cm longa, 0,5 cm lata. Specimina ex Watheroo: Folia usque ad 8 cm longa, 0,5 cm lata. Racemi 1,5—2 cm longi, ca. 2 mm longi, capituli usque 2 mm diam. Legumen 7—10 cm longum, maturum usque ad 2 cm latum, semina matura usque ad 0,5 cm lata.

Hab. in distr. Avon pr. Moora in silvis *Eucalypti salmonophloiae* in solo lutoso, fruct. immat. ac flor. inapertis (D. 5728), pr. Watheroo eisdem locis flor. m. Jan. ineunte (D. 2118).

Species nova ex affinitate *A. microbotryae* Benth., sed capitulis duplo vel triplo minoribus inter omnes *Racemosarum* species valde distincta; ab *A. microbotrya*



Fig. 34. *Acacia aestivalis* E. Pritzel: *A* Habitus rami floriferi. *C* Flos. *D* Bractea. *E* Sepalum. *F* Petalum. *G* Legumen. *H* Semen.

praeterea foliis multo angustioribus ac obtusioribus diversa. In herbario Melbournensi inter *A. Harveyi* Benth. specimina mixta nonnulla indeterminata a cl. Drummond collecta vidi, quae ad *A. aestivalem* trahenda sunt. Ab *A. Harveyi* racemis brevioribus ac simplicioribus, capitulis iterum duplo vel triplo minoribus, phyllodiis glaucis differt. *A. microbotrya* Benth., *A. Harveyi* Benth. et omnes § *Racemosae* in Australia occidentali

nunquam nisi inter menses Majo et Octobre florent, *A. aestivalis* autem in mensibus aestivalibus siccis (Decembr. ad Februar.) floribus onusta est.

Acacia saligna Wendl. (B. II. 364).

Hab. in distr. Eyre pr. Esperance in dunis calcareo-arenosis flor. m. Nov. (D. 5378).

Acacia cyanophylla Lindl. (B. II. 364).

In distr. Darling pr. Swan River in collibus litoralibus calcareo-arenosis, etiam ad rivulos montium Darling Range, meridiem versus usque in distr. Stirling pr. Cranbrook, a nobis observata: flor. m. Aug. (D. 3888).

Acacia salicina Lindl. (B. II. 368).

Species depressionibus vel alveis lutosis fluminum temporariorum Eremaeae propria ex distr. Eyre et Coolgardie septentrionem versus litus approximans oram pr. Murchison River attingit. In partibus austro-occidentalibus a sequente substituta eacum formis intermediis praecipue in distr. Irwin conjungitur. Stationes in distr. Eyre pr. Philipps River (D. 4892); in distr. Avon orientali: pr. Wyola in depressis lutoso-arenosis subnitrosis (D. 5040); in distr. Coolgardie pr. Black Flag leg. W. V. Fitzgerald; in distr. Irwin pr. Greenough River flor. m. Sept. phyllodiis angustioribus capitulis majusculis *A. scirpifoliam* Meissn. approximat (D. 4212); inter Murchison River et Northampton (D. 5656).

Acacia rostellifera Benth. (B. II. 368).

Forma typica a nobis ipsis in dunis calcareo-arenosis pr. Fremantle observata est. — Septentrionem versus cum *A. salicina* Lindl. confluere videtur. Forma enim in distr. Irwin pr. Geraldton in dunis calcareo-arenosis flor. m. Aug. collecta (D. 3607) phyllodiis brevioribus crassiusculis glaucis obscure uninerviis omnino intermedia atque incerta est (var. *salicinoides* apte nominanda erit).

Acacia leucosperma F. v. M. ined. et E. Pritzel n. sp.

In herb. Melbournensi specimen a S. King prope Lake Austin collectum inveni, a cl. F. v. Müller »*A. leucosperma* n. sp.« nominatum, sed nunquam publice descriptum. Speciminibus completioribus a nobis collectis, hanc speciem describere liceat: Frutex vel arbor usque ad 3,5 m altus, glaberrimus, partibus junioribus saepe glaucescentibus. Phyllodiis patentibus, linearibus, apice obtusissimis, subtruncatis vel recurvis, crassiusculis, nervo medio prominente excepto enerviis, pallide- vel glauce-viridibus. Capitulis in axillis singulis vel breviter (ad 3), racemosis, pedunculis conspicuis, capitulis conspicuis ca. 20-floris. Floribus 5-meris calyce brevi truncato, petalis laevibus. Legumine omnino maturo valvis lignosis supra semina valde convexis, atro-brunneis, inter semina ca. ad medium latitudine angustatis, seminibus plus minus globosis sordide flavidis nitentibus. Leguminibus immaturis subplanis, glaucescentibus.

Phyllodia 5—8 cm longa, 2—4 mm lata. Pedunculi 1—2 cm longi. Legumen maturum 10—12 cm longum, supra semina usque ad 13 mm latum. Semen maturum 0,5—0,8 mm diametrale.

Hab. in distr. Austin pr. Carnarvon ad sinum Sharks Bay, in litoralibus arenoso-lutosis frequentissima, flor. m. Aug. (D. 3653). Specimen incompletum indeterminatum ejusdem speciei a cl. Gaudichaud ad sinum Sharks Bay ca. 1830 collectum in herbario Berolinensi adest.

Species valde affinis *A. salicinae* Lindl., non nisi fructibus et seminibus (admodum distinctis) ab illa specie certe distinguenda, phyllodiis autem angustioribus recedit.

Acacia pycnophylla Benth. (B. II. 368).

Ex distr. Eyre usque ad partes orientales distr. Avon extendit: pr. Tammin et Waeel in arenosis nitrosis flor. m. Nov. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 896).

Acacia Harveyi Benth. (B. II. 368).

Specimina typica prope praedium Cape Riche a nobis collecta ex frutice ad 3,5 m alto in alluviis argilloso-arenosis crescente floribus pallidis m. Jul. ornato (D. 3479).

Acacia subcoerulea Lindl. (B. II. 369).

In faucibus montium Stirling Range frequens, e gr. Mount Trio (D. 4965, 4677). — Flores ochroleuci.

Acacia subcoerulea Lindl. var. **subsessilis** E. Pritzel.

Racemis abbreviatis, paucicapitulatis, phyllodiis valde glaucis. Hab. in distr. Coolgardie pr. Kalgoorlie, W. V. Fitzgerald, Nov. 1898.

Acacia leptopetala Benth. (B. II. 370).

Specimen fructus novellos gerens adest e frutice bimetrali. Hab. in distr. Austin pr. Menzies in fruticetis arenoso-lutosis (D. 5192).

Acacia Graffiana F. v. M. in Melb. Chem. new. ser. II. 118.

In distr. Avon pr. Moora in eucalyptetis lutosis, fruct. m. Dec. (D. 5729); in distr. Irwin prope Watheroo in silvis fruct. m. Jan. (D. 2110[a]).

Acacia myrtifolia Willd. a. **celastrifolia** Benth. (B. II. 377).

Hab. in distr. Stirling pr. Cape Riche.

Acacia dictyoneura E. Pritzel n. sp.

Fruticulus ramosus, ramulis junioribus breviter flavido-hirsutis, resinosis, vix angulatis, sed sulcatis. Phyllodiis densis suborbicularibus, obliquis, mucronatis, undulatis, rigidis, subglabris, nervis sparse breviter-hirsutis, ca. 3—6 ex basi prominenter nervosis, nervis prominenter reticulatis ramosis. Pedunculis solitariis axillaribus, rigidis, quam phyllodia brevioribus, 1-capitulatis. Capitulis ca. 30-floris, densis; floribus 5-meris, sepalis liberis, lineari-spathulatis, obtusis, rigidis, extus breviter pubescentibus, petalis liberis, quam sepala vix duplo longioribus lineari-oblongis, basin versus sensissime attenuatis, apice crassiusculo interdum recurvo.

Phyllodia 6 mm—1 cm diam. Pedunculi usque ad 5 mm longi; capituli (floribus apertis) ca. 5 mm diam. Sepala ca. 1 mm, petala ca. 1,5 mm longa.

Hab. in distr. Stirling pr. Cape Riche, flor. m. Sept., leg. A. J. Moir (D. 5476).

Species nova affinitatis incertae, phyllodiorum structura *Triangularibus Plurinervium* seriei inserenda, etiam *Triangularibus Uninervium* seriei comparanda. Forma phyllodiorum *A. decipientem* vel *A. bidentatam* interdum commemorat, sed nervis 3—6 prominenter reticulate-ramosis ab omnibus valde diversa.

Acacia scalpelliformis Meissn. (B. II. 377).

Qua de specie confer quae apud *A. collinam* supra diximus.

Acacia urophylla Benth. (B. II. 377).

In silvis submontanis distr. Darling haud rara, floribus pallide ochroleucis odorem *Ulmariae* spargentibus ornata.

Acacia loxophylla Benth. (B. II. 379) var. **nervosa** E. Pritzel.

A typo phyllodiis ca. duplo longioribus et nervatura prominente differens. Hab. in distr. Eyre pr. Coracerup in fruticetis arenosis apertis, deflor. m. Oct. (D. 4940).

Acacia translucens A. Cunn. (B. II. 379).

In regione tropica pr. Roeburne collecta, in solo duro inter rivi eucalypteta et triodieta fruticetum efformans flor. m. April. (D. 2792, E. Pritzel Pl. Austr. occ. 280).

Acacia bivenosa DC. (B. II. 380).

Hab. in distr. Irwin pr. Geraldton in calcareis (D. 4141, planta glaucissima flor. m. Sept.) et in arenosis pr. Northampton (fruct. m. Nov.) collecta.

Acacia nitidula Benth. (B. II. 381).

In distr. Eyre pr. Hammersley River in melaleucetis lutosis (D. 4795).

Acacia heteroclita Meissn. (B. II. 381).

Hab. in calcareis sublitoralibus e. gr. pr. King George Sound »Bald Head« versus (D. 4565), in distr. Darling pr. Claremont (D. 3887, E. Pritzel Pl. Austr. occ. 541).

Acacia leptospermoides Benth. (B. II. 383).

Forma phyllodiis angustioribus hab. in distr. Stirling pr. Cranbrook in arenosis (D. 4416[a]).

Acacia lineolata Benth. (B. II. 384).

Hab. in distr. Stirling pr. Cranbrook in arenosis cum praecedente intermixta flor. m. Sept. frequens (D. 4416, E. Pritzel Pl. Austr. occ. 689).

Acacia heteroneura Benth. (B. II. 387).

Hab. in distr. Eyre pr. Ravensthorpe in fruticetis arenosis flor. m. Oct. (D. 4890).

Acacia cyclopis A. Cunn. (B. II. 388).

In eucalyptetis arenosis sublitoralibus a Swan River usque ad Great Bight frequens videtur.

Ser. Juliflorae.

Acacia craspedocarpa F. v. M. in Melb. Chem. n. s. II. 73 (1887). — Fig. 35 *A*.

Species *A. aneurae* F. v. M. legumine affinis, usque ad 3,5 m alta, phyllodiis cinereo-viridibus praedita, a nobis in distr. Austin pr. Cue in lutosis lapidosis collecta fruct. m. Jun. (D. 3272).

Acacia sphaerostachya E. Pritzel n. sp.

Frutex ramosus, ramis erectis, glaberrimus. Phyllodiis erecto-patentibus, oblongis, utrinque versus angustatis, plus minus falcato-curvatis (junioribus saepe subrectis), obtusis, apice glandulose mucronatis rigidulis, nervo mediano vix prominente ceterum saepe enerviis. Spicis 1—2 axillaribus pedunculatis, pedunculis spicas globosas vel ellipsoideas plus minus aequantibus. Floribus conspicuis densis 5-meris, calyce brevi truncato, petalis ca. triplo longioribus, basi connatis, oblongis acuminatis, nervo medio distincto sed vix prominente.

Frutex 1—1,5 m altus. Phyllodia 3—4,5 cm longa, 5—6 mm lata. Pedunculi 5—8 mm longi. Spicae apertae ca. 5—6 mm longae, 3—5 mm latae. Petala 2—2,5 mm longa.

Hab. in regione tropica pr. Roeburne, in solo duro lutoso flor. m. Apr. (D. 2774).

Species prob. *Rigidulis* addenda. Ab omnibus speciebus affinibus, i. e. *Acacia ptychophylla*, *A. stigmatophylla*, *A. umbellata*, *A. leptophleba* spicis brevibus subglobosis, calyce truncato, phyllodiis 1—2-nerviis differt.

Acacia sphaerostachya E. Pritzel var. **angustior** E. Pritzel.

Phyllodiis 3—4 mm latis, plus falcatis, frequenter 2—3-nerviis.

Hab. eodem loco, quo typus viget (D. 3017).

Acacia xiphophylla E. Pritzel n. sp.

Habemus e distr. Coolgardie pr. Karalee in fruticetis arenosis aridis flor. m. Nov. (D. 5580) et pr. Boorabbin in glareosis (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 919).

Melaleuca depressa Diels n. sp.

Fruticulus ramosus dilatatus ramulis tortuoso-divaricatis; foliis glabris coriaceis glanduloso-punctulatis oblongo-ellipticis vel oblanceolato-oblongis apice interdum recurvo acutis basin versus in petiolulum fuscescentem angustatis obsolete plurinerviis; floribus capitatis terminalibus flavidis; bracteis mox deciduis; rhachi tomentella; calycis tubo elongato-campanulato (siccando?) longitudinaliter rugoso, lobis brevibus rotundatis petalis subscariosis ovatis estriatis; phalangium 8—12-androrum ungue brevi; fructibus solitariis vel paucis urceolatis apicem versus valde angustatis.

Fruticulus ca. 75 cm alt., folia 7—9 × 2—3,5 mm, calycis tubus 3,5 mm long.; lobi calycini circ. 1 mm long., petala 2,5 × 2 mm diamet.; stamina 8 mm long.; fructus 4—5 mm long., basi 4—5 mm, apice 2—3 mm lat.

Hab. in distr. Irwin pr. Champion Bay in fruticetis humilibus, solo glareoso subhumido flor. m. Sept. (D. 6148); in eadem regione in arenosis subcalcareis flor. m. Junio exeunte (D. 3204).

Species ser. *Pallidiflorarum* prope *M. thymoidem* Lab. et *M. ciliosam* Turcz. locanda, quarum folia non dissimilia sunt. *M. depressa* vero differt a *M. ciliosa* foliis glabris non verruculosis, lobis calycinis non coalitis, phalangibus brevius unguiculatis; a *M. thymoide* calycis tubo ruguloso-striato, petalis estriatis, phalangium ungue breviore.

Melaleuca uncinata R. Br. (B. III. 150).

Quam speciem loci permulti nobis praebuerunt.

Melaleuca sclerophylla Diels n. sp.

Fruticulus humilis depressus ramis divaricatis rigidis; foliis oblongolanceolatis vel oblanceolatis crassis coriaceis glabris margine incrassatis undique glandulis valde prominentibus tuberculatis uninerviis; floribus terminalibus purpureis capitatis; calycis pubescentis campanulati lobis triangularibus obtusiusculis; petalis rhomboideo-orbicularibus margine ciliolatis; phalangibus brevissime unguiculatis 5—7-andris; stigmate parvo.

Fruticulus ca. 25 cm alt.; folia 1,3—1,8 × 0,4—0,5 mm; calyx 2 mm long.; petala 1,5 mm diamet.; stamina 5—6 mm long.

In distr. Avon ditionis »Victoria Plains« dictae haud procul a Moore Riv. in lapidosis glareosis flor. m. Aug. exeunt. (D. 3971).

Ser. *Erythrocephalarum* species nova a *Melaleuca leptospermoide* Schau. proxima distinguitur foliis majoribus multo longioribus glabratis, glandulis prominentibus, phalangibus brevioribus.

Melaleuca leptospermoides Schau. (Pl. Preiss. I. 139).

A *M. ciliosa* Turcz. facile separatur foliis novellis tomentellis vel lanuginosis deinde glaucescentibus lobis calycinis conspicuis non in annulum scariosum coalitis, praeter alia.

Vidimus speciem pulcherrimam in distr. Avon pr. Tammin in arenosis fruticulosis aridis flor. m. Oct. (D. 5057); locis similibus pr. Meenaar flor. m. Nov. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 903).

Melaleuca ciliosa Turcz. (B. III. 152).

Est frutex $^3/_4$—1 m alt. polymorpha. Flores flavos purpureo-suffusos ac citrinos uno eodemque loco observavi haud proc. a Moore R. pr. Moora in glareoso-arenosis flor. m. Dec. ineunt. (D. 5744, 5770).

Melaleuca psammophila Diels n. sp.

Frutex humilis ramosus, ramis erectis ramulosis, foliis parvis erectis confertis clavato-semiteretibus supra convexis subtus bisulcatis obtusiusculis glandulis interioribus verrucosis sparse pilosis; capitulis terminalibus purpureis; rhachi tomentella; calycis tubo anguste campanulato piloso lobis distinctis triangularibus acutis; petalis concavis suborbicularibus; phalangibus petala subaequantibus 10—12-andris; fructu urceolato laevi subnitente.

Frutex ca. 50—70 cm alt.; folia 4—6 $\times$ 0,8 mm; calycis tubus ca. 3—4 mm, lobi 1,5 mm long.; petala circ. 1,5—2 mm diamet.; phalangium unguis 2 mm, filamenta libera 7—8 mm long.; fructus circ. 5 mm long., basi 5 mm, apice ca. 3 mm lat.

Hab. in distr. Irwin inter vicum Northampton et fl. Murchison Riv. in arenosis aridis fruticulosis flor. m. Nov. exeunt. (B. 5668).

Species seriei *Erythrocephalarum* inserenda fortasse *Melaleuca scabra* R. Br. proxima, quae differt et foliorum et calycis loborum structura.

Melaleuca thymoides Lab. (B. III. 156).

Orientem versus ad sinum Esperance Bay progreditur, ubi dorsa granitica fruticulosa flor. m. Nov. adornat (D. 5370).

Melaleuca viminea Lindl. (B. III. 159).

Est frutex in locis humidis non rarus. Flores albi odorem gravem reddunt.

Melaleuca pauperiflora F. v. M. (B. III. 161).

Frutex 4—5 m alt. cortice cinereo ramis numerosis virgatis floribus ochroleucis praeditus per interiora in lutosis lapidosis frequentissime observatur, e. g. prope Wyola, Southern Cross, Bullabulling, Coolgardie.

Melaleuca Sheathiana W. V. Fitzgerald in Journ. Mueller Bot. Soc. Perth 1902. n. 9, p. 16 est species valde affinis foliis abbreviatis insignis.

Melaleuca thyoides Turcz. (B. III. 162).

Eodem modo quo *M. hamulosa* nobis notabilis (cf. p. 428) *M. thyoides* aream amplam includere videtur. A Moore Riv. usque ad districtus sinum

Esperance Bay adjacentes in lutosis subnitrosis haud infrequens observatur.

Conothamnus Lindl. (B. III. 163).

System: Die Reduktion der Samen-Anlagen auf 1 in jedem Fache des Ovariums, welche *Conothamnus* allein von *Melaleuca* scheidet, sieht man dort in der Subseries der *Pallidiflorae* bereits so ausgesprochen angebahnt, daß für uns die Ausgliederuug der beiden *Conothamnus* aus jenem *Melaleuca*-Stamme keinem Zweifel unterliegt, um so weniger, als die ganze übrige Struktur täuschend ähnlich geblieben ist.

Conothamnus neglectus Diels n. sp.

Frutex humilis jam statu juvenili florifer, ramis novellis pilosis adultis glabris; foliis oppositis novellis sericeo-pilosis adultis glabris coriaceis oblongo-lanceolatis acutis uninerviis vel margine incrassato subtrinerviis venis lateralibus subtransversalibus prominulis; capitulis terminalibus flavis; bracteis vel bracteolis calyce brevioribus longe pilosis; calycis tubo glabro leviter nervoso lobis rotundatis ciliolatis; petalis suborbicularibus erosulis; staminibus ternis approximatis non coalitis filamentis carnosis; ovario apice longe piloso triloculari, loculis 1-ovulatis.

Vidi fruticulos 40 cm altos atque individua 6 cm alta jam florifera; folia ca. 10 × 2—3 mm; capitula 6—8 mm diamet.; calycis tubus ca. 1,5 mm long., lobi 3/4 mm long.; petala 1,5—2 mm diamet., stamina 3 mm long.

Hab. ad M. Melville pr. King George Sound (F. v. Müller in hb. Melbourn., hb. Berol. sub *Melaleuca thymoides* Lab.!). — In distr. Stirling in subhumidis argillaceo-arenosis pr. Albany ca. 15 km septentrionem versus flor. m. Sept. (D. 6034), in argillaceo-arenosis ad margines paludum pr. vicum Cranbrook flor. m. Sept. (D. 4483).

Species *C. divaricato* Benth. simillima differt foliis longioribus demum glabratis, calycis tubo glabrato, petalorum praesentia. Diagnosis cl. Benthami Fl. Austr. III. 164 est delineata a specimine Drummondiano, cuius flores fortasse abnormitate quadam apetalos esse existimamus.

Beaufortia R. Br. (B. III. 166).

System: Die genetischen Beziehungen der in Westaustralien endemischen *Beaufortieae* bilden ein recht dunkles Problem. Klar ist nur ihre Anknüpfung an *Melaleuca*. Der abweichende Antheren-Ansatz bildet ein eigenartiges Merkmal, ob er aber den monophyletischen Ursprung der *Beaufortieae* insgesamt sicher stellt, erscheint uns höchst zweifelhaft. — Was *Beaufortia* anbetrifft, so liegt klar zu Tage, daß die auffallende Förderung der corollinischen Blütenteile sich erst in der eigentlichen Südwest-Region durchsetzt: die Eremaea und ihre Randgebiete zum Südwesten enthalten die weniger ansehnlichen Spezies.

Verbreitung und Vorkommen: Die meisten als Spezies anerkannten Formen von *Beaufortia* finden sich auf kiesigen oder kiesig-san-

digen Böden des Südwest-Distriktes und belegen die enge Begrenztheit der Areale, welche für viele Gattungen jener Standörtlichkeit so charakteristisch ist (vergl. S. 171). Einige Spezies finden sich auch auf Sandböden feinerer, sei es mehr humöser oder mehr lehmiger Struktur. Vielleicht am weitesten entfernt sich *Beaufortia sparsa* R. Br. von der Norm der Verwandten, sofern sie auf die feuchten oder nassen Niederungen des Distr. Warren beschränkt, eine gewisse Formation dort (vergl. S. 79) hervorragend bezeichnet und während der Zeit ihrer Blüte, die vor die Regenperiode fällt, mit ihrem satten Scharlach aufs prachtvollste ausschmückt.

Beaufortia squarrosa Schau. (B. III. 166).

Fruticulus speciosus florum colore variabili insignis: vidimus flores sulphureos basi purpurascentes, aurantiacos, coccineos saepius uno eodemque loco.

Beaufortia macrostemon Lindl. (B. III. 167) et **B. heterophylla** Turcz. (B. III. 167).

Quae species orientem versus in distr. Coolgardie observatas esse F. v. Müller et Tate enarraverunt (in Trans. R. Soc. South Austr. XVI. 357); quod nemo vero recentius affirmavit.

Beaufortia Schaueri Preiss. (B. III. 168).

Orientem versus sinum Esperance Bay attingit (D. 5430).

Beaufortia bracteosa Diels n. sp.

Fruticulus saepe humilis ramis virgatis glabris; foliis ramorum distantibus lanceolatis ramulorum lateralium brevioribus imbricatis linearibus omnibus rigidis nervis conspicuis quasi costatis; bracteis primum valde conspicuis late-triangularibus vel subreniformibus tota basi sessilibus plurinerviis striatis; bracteolis minutis; spicis subglobosis, floribus saturate purpureis; calycis parvi pubescentis lobis triangularibus; petalis concavis ovatis quam calycis lobi duplo longioribus; staminibus ca. 5 fasciculatis, fasciculis breviter unguiculatis; spicis fructiferis breviter cylindricis.

Planta 30—80 cm alt.; folia ramorum 6×2 mm, ramulorum lateralium 3×1 mm, spicae ca. 1 cm diamet.; receptaculum ca. 2 mm long., lobi $^2/_3$ mm long.; petala 1,5 mm long., staminum fasciculum 5—6 mm long., spicae fructiferae 10×6 mm.

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in arenosis fruticulosis flor. m. Oct. exeunt., m. Nov. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 890; D. 5850).

Species habitu *B. purpuream* Lindl. appropinquans a qua differt calycis lobis brevibus nunquam subulatis; a *B. Schaueri* separandum florum colore, bracteis multo latioribus initio valde conspicuis.

Beaufortia? cymbifolia Diels n. sp.

Frutex ramosus; ramis strictis rigidis saepe divaricatis; foliis dense imbricatis ramulis albo-tomentellis appressis extus convexis glabratis rugu-

losis valde concavis ibique puberulis cymbiformibus apice truncatulis lutescenti-viridibus; floribus ♂ dense capitatis, lobis calycinis herbaceis sublanceolatis pilosis; petalis late ellipticis concavis ciliolatis purpureis, phalangibus purpureis basi intus villosis supra medium filamenta libera 12—18 subpinnatim gerentibus; gynaeceum perfectum non vidi.

Frutex 1—2 m alt.; folia 3—4,5 mm long.; calyx circ. 2,5 mm long., petala 1,5 × 1,5 mm diamet.; phalangia 7—8 mm long.

Hab. in distr. Stirling pr. Tambellup in fruticetis lutoso-arenosis gregaria flor. m. Jan. (D. 2302).

Floribus ♀ normalibus a me non visis fieri non potest ut species nova generi certo attribuatur. Sed florum ♂ structura *Regeliae* typum repetere videtur.

Calothamnus Lab. (B. III. 173).

System: Die Gattung steht unter den *Beaufortieae* durch ihre lateralen Blütenstände vereinsamt und folgt darin gewissen Gruppen der Gattung *Melaleuca* (*Laterales*), von denen sie ihren Ursprung genommen haben mag. Das innere Gefüge von *Calothamnus* zeigt verwickelte Verhältnisse; die Formen sind sehr eng verkettet und schwierig von einander abzugrenzen. Die im Andröceum regelmäßigsten 5-zähligen Formen kommen schon in der Eremaea vor, zahlreicher aber in den von ihr am meisten beeinflußten Nachbar-Distrikten, d. h. Eyre und Irwin. In der Südwest-Region selbst vollzieht sich die Ungleichwerdung der Staubblatt-Bündel und zwar offenbar unabhängig von einander an verschiedenen Stellen der Gattung. Gleichzeitig gewinnen hier die 4-zählig blühenden Arten ein sehr entschiedenes Übergewicht.

Verbreitung: Die Klassifikation der Autoren ermöglicht nur einen mangelhaften Begriff von der geographischen Lagerung der zahlreichen Formen der in Westaustralien endemischen Gattung. Die äußerlich schärfer charakterisierten Spezies, wie etwa *C. Schaueri* Lehm. oder *C. longissimus* F. v. M. verraten jedoch soviel, daß für die meisten Typen der Diagnosen die Areale eng begrenzt sind. Die allgemeineren Züge der Gesamt-Verbreitung wurden schon oben erörtert.

Vorkommen: *Calothamnus*-Arten sind in fast allen Formationen der Südwest-Region anzutreffen, am häufigsten aber in ärmerem Sandboden. Einseitig scheinen sie jedoch darin nicht angelegt zu sein, denn man sieht auch auf dem Litoralkalk Arten (*C. quadrifidus*), man trifft sie in tonhaltigen Alluvien, in kiesigem Waldboden und ebenso an lehmig-kiesigen Stellen. Aufgefallen ist uns die zeitlich elastische und kräftige Blühbarkeit dieser Gewächse. *Calothamnus* gehört zu den Gattungen, von denen man fast das ganze Jahr über blühende Vertreter antreffen kann. Ob und wie weit die einzelnen Spezies und Formen von strengerer Periodicität beherrscht sind, haben wir nicht mit Sicherheit feststellen können.

Calothamnus pachystachyus Benth. (B. III. 173).

Frutex usque ad 1 m altus; flores sordide fusci odorem injucundum exhalant. — Hab. in distr. Avon pr. Moore Riv. juxta Mogumber in glareosis gregaria fl. m. Aug. (D. 4023).

Calothamnus longissimus F. v. M. (B. III. 174).

Priori cognatus eodem florum colore est signatus. Vidimus in distr. Avon pr. Moora occidentem versus in fruticetis lutoso-arenosis glareosis flor. m. Jun. (D. 3104).

Calothamnus robustus Schau. (B. III. 278 sub *C. villoso* R. Br.).

In speciei substantialis ordinem restituendus nobis videtur. Quo modo a *C. villoso* R. Br. divergat a cl. SCHAUERO in Plant. Preiss. I. 152 bene explicatum est.

Calothamnus quadrifidus R. Br. f. 2. normalis (B. III. 180).

Nobis occurrit foliis brevibus clavatis subfalcatis in distr. Eyre a Pallinup River orientem versus in fruticetis apertis lutoso-arenosis (D. 4723).

Calothamnus homalophyllus F. v. M. (B. III. 180).

A *C. quadrifido* nonnunquam vix discriminari potest.

Eremaea Lindl. (B. III. 180).

System: Die Gattung *Eremaea* dürfte verwandtschaftlich nichts mit *Calothamnus* zu tun haben, zu welcher BENTHAM sie in Beziehung setzt. Vielmehr scheint sie sich wie *Beaufortia* und *Calothamnus* unmittelbar aus Formen entwickelt zu haben, die wir zu *Melaleuca* Ser. *Capitatae* stellen würden.

Verbreitung und Vorkommen: *Eremaea* bewohnt endemisch nur die westliche Hälfte der Südwest-Region. Im Distr. Eyre ist noch keine Spezies gesammelt worden, in den Distr. Stirling und dem größeren Teile von Darling wächst nur *E. pilosa* Lindl. Die meisten und ausgezeichnetsten Arten birgt der nordwestlichste Teil des Landes, wo zwischen Irwin und Murchison River 5 Spezies bekannt sind. Wie weit diese etwa als geographisch eng begrenzte vicariierende Formen sich gegenseitig ausschließen, läßt sich bei der geringen Zahl der Daten aus jenen Gebieten einstweilen nicht angeben.

Alle Arten sind hochgradig psammophile Sträucher. Sie gehören zu den charakteristischen Erscheinungen der nördlichen »Sandplains« in ihren trockensten Partien. Die meist auffallend mennigroten Blüten werden bedeutsam für die Szenerie, weil *Eremaea* erst spät zu blühen beginnt und oft noch im Januar in vollem Blumenschmucke prangt. Diese Eigenart ihrer Periodicität teilt sie also mit vielen der xerophilen *Chamaelaucieae* (vergl. S. 401).

Eucalyptus L'Hér. (B. III. 185).

System und Verbreitung: Über die außerordentlichen Schwierigkeiten, die Gattung *Eucalyptus* systematisch zu behandeln, haben sich viele Autoren geäußert, und es liegt nicht in unserer Absicht, an dieser Stelle Beiträge zur Klärung strittiger Punkte zu liefern.

Indem wir also auf die Literatur[1]) verweisen, beschränken wir uns hier auf einige Notizen über den systematischen Charakter der westaustralischen *Eucalyptus*-Flora in ihrem Zusammenhang mit der Verbreitung. Es lassen sich in dieser Hinsicht mehrere Kategorien unterscheiden:

I. Panaustralische Formenkreise, die in Westaustralien vertreten sind und dort die Arten des Ostens oder nur leicht abgeänderte Formen enthalten. So wäre der als Baum der »Gallerie-wälder« bemerkenswerte *C. rostrata* mit seinen Verwandten aufzufassen.

II. Formenkreise, die in der Eremaea der Südhälfte Australiens allgemein verbreitet und in ihrem westaustralischen Anteil noch charakteristisch sind. Hierher z. B. *E. calycogona* Turcz., *E. gracilis* F. v. M., *E. uncinata*, *E. oleosa*, *E. dumosa* A. Cunn. Von diesen Spezies steht *E. uncinata* innerhalb Westaustraliens ziemlich isoliert und zeigt dort geringe Polymorphie. Die übrigen Arten sind dagegen formenreich auch im Westen, wo offenbar viele Sippen selbständig geworden sind und zum Teil sehr charakteristische Ausbildung erlangt haben (*E. salubris* u. a.).

III. Westaustralische Arten, die zu gewissen östlichen in deutlicher Beziehung stehen. Von diesen Arten ist z. B. *E. marginata* zu nennen, der mit *E. patens*, *E. Todtiana* und *E. buprestium* eine sonst im Westen nicht entwickelte Gruppe der Gattung repräsentiert.

IV. Westaustralische Formenkreise, die zu östlichen in keiner näheren Beziehung stehen, in Westaustralien aber formenreich entwickelt sind. Das gilt namentlich von der Reihe der *Cornutae* Benthams und der mit ihr wohl genetisch verknüpften Verwandtschaft der *E. redunca*.

V. Westaustralische Formenkreise, die geographisch isoliert stehen und auch in Westaustralien nur eine oder wenige

1) namentlich: Bentham in »Flora Australiensis« III. 186 ff.
F. v. Müller in »Eucalyptographia«. Melbourne 1879—1885.
J. H. Maiden, A critical Revision of the genus *Eucalyptus*, part I. Preface. Sydney 1903.

Formen umfassen. Dieser Kategorie muß man wenigstens bei unseren heutigen Kenntnissen eine bedeutende Zahl von Spezies zurechnen. Es gehören nicht nur Arten des westaustralischen Binnenlandes dahin, wie *E. pyriformis*, *E. tetraptera* mit *E. Forrestiana*, *E. Preissiana*, *E. tetragona* mit *E. eudesmioides*, sondern auch wichtige Spezies der südwestlichen Küstenregion, z. B. *E. calophylla* mit *E. ficifolia*, *E. diversicolor*, *E. gomphocephala*, *E. erythrocorys*. Die ferneren Beziehungen dieser Arten sind meist ganz unsicher, doch lassen sich bei mehreren darunter gewisse Anklänge an nordaustralische Typen wahrnehmen.

In den systematisch-geographischen Verhältnissen der Eucalypten Westaustraliens spiegeln sich demnach die floristischen Beziehungen des Landes in vielseitiger Weise. Leider bleibt der Einblick in das morphologische Gefüge dieser seiner wichtigsten Gattung noch so unvollkommen, daß es uns müßig erscheint, irgend welche Vermutungen über Herkunft und Schicksale der westlichen Eucalyptus-Flora daraus ableiten zu wollen.

Dagegen erfordert die Verbreitung der Arten innerhalb Westaustraliens einige Worte. Denn sie zeigt sehr bemerkenswerte Ungleichheiten, die sich in folgenden Sätzen kurz darlegen lassen:

I. Großer Mangel an Arten etwa vom 30.° s. Br. (nur an der Westküste erst vom 27.° s. Br.) an nordwärts. In diesem Gebiet kennt man wesentlich nur den panaustralischen *E. rostrata* an den Wasserfurchen.

II. Größere (vielleicht bedeutende) Zahl von Arten im Südosten der Eremaea. Diese Flora ist erst neuerdings bekannt geworden und wohl noch nicht erschöpft. Sie zeichnet sich aus durch höchst charakteristische Derivate weitverbreiteter Eremaea-Typen (*E. oleosa*, *E. gracilis*, *E. dumosa* etc.).

III. Sehr bedeutende Zahl von Arten in der inneren Südwest-Region. Auch in dieser Kategorie dominiert der Südosten: der Distrikt Eyre enthält absolut die meisten Spezies, doch steht ihm Stirling wohl wenig nach. Es ist das jene reiche, schon von Drummond entdeckte und später durch Maxwell noch weiter erforschte Eucalyptus-Flora, die von dem Stirling Range nach Osten zieht. Nach Norden nimmt sie ab, doch ist noch nicht näher bekannt, wie im einzelnen die Grenzlinien verlaufen. Der Distr. Avon zeigt schon beträchtliche Verminderung, gewinnt aber in *E. macrocarpa* einen höchst charaktervollen Endemismus.

IV. Geringere Zahl von Arten in den Wald-Gebieten der Südwest-Region, die aber ungemein gesellig auftreten und systematisch recht selbständig sind. Über die Gliederung dieser ökonomisch wichtigen Gruppe in die Zonen der *E. diversicolor* und

E. marginata, die Beteiligung von *E. calophylla* und der Alluvionen-Spezies (s. u.) geben frühere Schriften[1]) bereits eingehende Auskunft.

V. Eigentümliche Arten der Litoralkalk-Zone. *Eucalyptus gomphocephala* (im Distr. Darling) und *E. erythrocorys* (im Distr. Irwin) gehören zu den systematisch selbständigsten aller westaustralischen Eucalypten.

Vorkommen: Wie für den größten Teil Australiens bildet *Eucalyptus* auch für Westaustralien weitaus die wichtigste Baum-Gattung. Nach ihren Ansprüchen an Boden und Feuchtigkeit bestimmt sich ihre Rolle in der Landschaft. Auf dem Alluvial-Lande des Südwestens fallen vor allen *Eucalyptus rudis* und *E. patens* ins Gewicht, die auf den ausgedehnten tonigen Tieflands-Alluvionen gerade so charakteristisch sind wie in den engen talartigen Depressionen des Oberlandes. Beide Arten sind nicht gerade gesellig, ihre Bestände pflegen offen und parkartig zu sein.

Auf dem Granitlande der Südwest-Region liegt die Heimat der drei wichtigsten Wälder bildenden Arten Westaustraliens, wie oben ausgeführt wurde. *Eucalyptus diversicolor* (»Karri«) und *E. marginata* (»Jarra«) bilden die dichtesten Bestände. Beide schließen eine wesentliche Beteiligung anderer Spezies aus und nur an den Grenzen ihrer Gebiete oder an edaphisch abweichenden Stellen des Geländes mischen sich andere *Eucalyptus*-Stämme in ihr Bereich (namentlich *E. calophylla*). — Viel lichtere Waldungen bildet *Eucalyptus redunca* (»Wandoo«). Die gedrungene Statur dieses Baumes, die kalkweiße Färbung seiner Stämme, die oft bedeutsame Teilnahme anderer Arten (*E. salmonophloia*, *E. occidentalis*) gibt den Wandoo-Wäldern einen physiognomischen Charakter, der zu den westlich angrenzenden Formationen des *E. marginata* oder des *E. diversicolor* einen starken Gegensatz bietet.

Die vielseitigen *Eucalyptus*-Bestände auf hartem Lehmboden der Eremaea kennzeichnen sich durch wiederum abweichende Eigenschaften. Doch hat selten eine bestimmte Spezies unbestritten Vorherrschaft über weite Strecken gewonnen. Gewöhnlich vielmehr teilen sich in den Bestand mehrere Komponenten, die zwar in ihren Dimensionen und den Verhältnissen des Wuchses verschieden ausgebildet sind, die aber alle ungefähr

---

1) F. v. Müller, Report on the Forest Resources of Western Australia. Melbourne 1879. 4⁰ (with 20 plates).

—— Eucalyptographia. Melbourne 1879—1885.

J. E. Ednie-Brown, Report on the Forests of Western Australia. Perth 1896. (57 p.)

—— The Forests of Western Australia and their Development. Perth 1899. 4⁰ (68 p., 24 pl., 1 map).

gleichen Anteil und gleiche Wichtigkeit in der Formation besitzen. *Eucalyptus gracilis* mit seinen Verwandten, *E. salubris, E. salmonophloia*, *E. dumosa*, *E. oleosa*, *E. uncinata* sind die typischsten Vertreter dieser Genossenschaften. Wie bereits angedeutet, ist diese *Eucalyptus*-Vegetation der lehmigen Eremaea über das ganze südlichere Australien in ihrem Grundwesen gleichartig, aber der Westen des Erdteiles zeichnet sich vorteilhaft aus durch die imposante Höhe, die manche der eben genannten Spezies erreichen. — Bei aller Vielfältigkeit des Wuchses ist die Neigung, den Wipfel der Form der Schirm-Krone anzunähern, fast allen Vertretern dieser *Eucalyptus*-Vegetation gemeinsam.

Die Strauch-Heiden auf Sand-Boden endlich haben in Westaustralien gleichfalls eine Menge von bemerkenswerten Formen aufzuweisen. In der Tracht wird diese systematisch vielseitige Kategorie durch die strauchige Wuchsform zusammengehalten. In den edaphischen Ansprüchen aber weisen ihre Vertreter mancherlei Verschiedenheiten auf. Wo stärkerer Lehmgehalt dem Sande Festigung gibt, da finden viele Spezies ihr günstiges Gedeihen. An solchen Stellen bildet *Eucalyptus eudesmioides* oft dichte Gebüsche; auch Ausläufer anderer Formationen treten dort noch auf. Wenn aber der Sand reiner und leichter wird, pflegen die panaustralischen Formen zu verschwinden; das Feld bleibt den Autochthonen des Westens ganz überlassen. Das sind prächtige Gestalten, geschmückt mit farbenschönen Blüten, wie *E. pyriformis* und *E. tetraptera*, oder fremdartig besetzt mit großen, glaucescenten Blättern (*E. macrocarpa*, *E. tetragona*).

Die wenigen Stellen Westaustraliens, wo Oberflächen-Bildung oder geognostische Eigenschaften spezialisierte Züge aufzuweisen haben, heben sich auch in ihrer *Eucalyptus*-Vegetation heraus: So die Litoralkalk-Zone, welche die Westküste begleitet. (Vgl. S. 436.) Da ist die Heimat des kraftvollen *E. gomphocephala*. Und weiter im Norden wohnt dort der eigentümliche *E. erythrocorys*, dem Drummond den Schönheits-Preis in der ganzen Gattung zuerkannt hat. — Und so auch die steilen Berge des Stirling Range, an deren Hängen aus eigentümlich gearteten Formen meist niedrigsten Wuchses eine hervorragend reichhaltige *Eucalyptus*-Gemeinde sich zusammensetzt.

Eucalyptus buprestium F. v. M. (B. III. 205).

Species fruticosa ditionum montes Stirling Range adjacentium indigena ibique a cl. Maxwell, F. v. Müller, Webb, nobis ipsis (D. 4627) collecta. Eadem specie a nobis quidem in aliis districtibus nunquam visa dubitamus quin planta a cl. F. v. Müller (Eucalyptograph. dec. VI) pr. riv. Arrowsmith inventa re vera *E. buprestium* fuerit.

Eucalyptus marginata Sm. (B. III. 209).

Jam fruticosa flores praebet. — Conditiones geographicas *E. marginatae* lucidissime exposuit F. v. Müller in Eucalyptograph. dec. VII. (1880). Tamen nonnulla ad variabilitatem huius speciei pertinentia adhuc dubia permanent atque ulterius observanda sunt. Operculum in formis sublitoralibus distr. Darling pr. Perth nonnunquam calycem subaequans, in formis terrae superioris (pr. Mahogany Creek) natis et ab amicissimo A. Purdie, M. A., nuper missis quam illud plus duplo longius invenitur.

Formae maxime orientales fruticosae (haud procul a promonturio Cape Riche indigenae) foliis supra lucidissimis excellunt (D. 3421).

Eucalyptus gracilis F. v. M. pr. p. (B. III. 211). — cf. Maiden in Proc. Linn. Soc. N. S. Wales 1902, 222.

Forma typica non nisi regionibus austro-orientalibus propria, riv. Salt River occidentem versus non transgredi videtur. In ditionibus interioribus meridionalibus sat frequens ac valde variabilis.

Observavimus formam simillimam arboream ca. 50 km a sinu Esperance Bay septentrionem versus:

Est arbor ca. 25 m alta cortice nigro tesselata coloniis »Blackbutt« nominata silvas apertas puras in glareoso-lutosis formans (D. 5454 s. flor. in hb. Berol.). Speciei nostrae forma procera arborea Australiae orientalis jam a cl. F. v. Müllero commemorata (Eucalyptograph. dec. III. [1879]) coll. pr. Mackenzie River.

Eucalyptus celastroides Turcz. (Bull. phys.-mathém. Acad. St. Pétersb. X. 338 (1852) — cf. Maiden in Proc. Linn. Soc. N. S. Wales 1902, 221.

Est species floribus minutis operculo perbrevi bene distincta. Descriptioni addendum: Demum arborea usque ad 20 m elata; cortice venusto cinereo aspero juvenili laevi albido-cinereo vel rufescenti-lucido; foliis primariis opacis albo-glaucescentibus conspicue trinerviis quam adulta nitentia latioribus.

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in eucalyptetis lutosis fruct. m. Majo (D. 3127), in distr. Coolgardie pr. Southern Cross in apertis lutosis non infrequ. flor. et fruct. m. Majo (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 332; D. 2843); pr. Bullabulling in lutosis lapidosis fruct. m. Oct. (D. 5220).

Eucalyptus uncinata Turcz. (B. III. 216).

Quam speciem nunc per totam Australiae occidentalis terram interiorem pervulgatam esse apparet. Est frutex vel arbor parva foliis viridibus nitentibus insignis in lutosis glareosisque haud infrequens cum *Eucalypto loxophleba*, *E. eudesmioides*, *E. oleosa*, aliis. In districtibus Darling et Warren eam nunquam observavimus. Formae quaedam ad *E. oleosam* transitum efficiunt, an hybridae?

Eucalyptus decipiens Endl. (B. III. 218).

Quae species ulterius est observanda. Specimina quae vidimus plerumque fruticosa raro arborescentia nunquam arbores elatae erant.

Eucalyptus macrocarpa Hook. (B. III. 224).

Est species insignis districtui Avon propria in glareoso-arenosis (D. 3957; E. Pritzel Pl. Austr. occ. 907).

Eucalyptus pyriformis Turcz. (B. III. 226).

Folia glaucescentia ramorum juvenilium latiora late elliptica interdum suborbicularia. Quam speciem magnificam observavimus in arenosis et lutoso-arenosis pr. fl. Arrowsmith Riv. fruticem 1 m alt. m. Julio floribundum (D. 3319). Individua differunt staminibus coccineis, roseis, sulphureis, sed omnia eodem loco intermixta observantur.

Species a Murchison River ad lacum Gairdner adnotata, sed admodum dispersa videtur.

Eucalyptus erythronema Turcz. (*E. conoidea* Benth. III. 227).

Descriptioni addendum: arbuscula 4—5 m alt. cortice laevi cinereo-albescente ornata; foliis subopacis glaucescentibus; floribus ochroleucis; fructu purpurascente.

Hab. in distr. Avon pr. Tammin in silvis apertis lutosis flor. m. Oct. (D. 5831).

Eucalyptus erythronema Turcz. var. **Roei** Maiden in litt. (*E. Roei* Beck. msc. in herb. Vindobon. ex Maiden).

Hab. in distr. Coolgardie pr. Gilmores in fruticetis apertis lutosis glareoso-lapidosis fr. m. Nov. (D. 5831).

Eucalyptus caesia Benth. (B. III. 227).

Hab. in distr. Avon in monte M. Stirling (Parker in hb. Berl.!).

Eucalyptus Forrestiana Diels n. sp. — Fig. 50.

Frutex procerus, foliis alternis subfalcato-lanceolatis crassiusculis statu vivo glaucescenti-viridibus vix lucidis costa conspicua venis immersis; floribus amplis axillaribus solitariis longe pedunculatis; pedunculo elongato pendulo apicem versus clavatim incrassato scarlatino; receptaculo (i. e. calyce) pedunculum subaequante obconico quadrangulato scarlatino quam operculum pyramidatum pluries longiore; staminibus flavis primum inflexis glandulosis; antheris longitudinaliter aperientibus; fructu quadrangulari-ovoideo truncato margine elevato; limbo subquadrato valvis inclusis.

Frutex 2—3 m altus; petiolus 1,5—2 cm; lamina 7—10 × 1,5—2,5 cm; pedunculus 4—5 cm longus; receptaculum 4 × 1,5 cm; fructu 4 × 2 cm.

Hab. in distr. Coolgardie maxime australi a sinu Esperance Bay 50 km septentrionem versus in fruticetis apertis solo lutoso-arenoso flor. Nov. 1901 (D. 5332).

Species distinctissima (Fig. 50) nulli nisi *E. tetrapterae* Turcz. affinis differt habitu nunquam divaricato foliis multo minoribus subopacis pedunculo elongato receptaculo multo angustiore alis et receptaculi et fructus multo angustioribus. — *E. pyriformis* Turcz. jam fructus structura longe distat.

Nominavimus in honorem viri honorabilissimi Sir John Forrest, exploratoris Australiae occidentalis celebrati, coloniae Westaustraliensis per decem annos consulis.




Fig. 50. *Eucalyptus Forrestiana* Diels: *A* Rami floriferi habitus. *B, C, D* Stamen. *E* Fructus.

Eucalyptus incrassata Lab. (B. III. 231).

Quae species melius ab *E. dumosa* separanda. Utraque forma pr. C. Riche observata in interioribus distr. Coolgardie valde polymorpha. Adsunt compluria specimina fructifera collectionis DIELS in hb. Berol. non certe determinanda *E. incrassatae* probabiliter adjungenda. — Formam fructiferam singularem *E. incrassatae* var. *conglobatae* comparandam observavimus in distr. Coolgardie pr. Gilmores in rupestribus una cum *Eucalyptis* aliis: pedunculo nullo fructibus solitariis sessilibus ramis adpressis forma illis *E. conglobatae* similibus (D. 5455). An species distincta?

Eucalyptus Preissiana Schau. (B. III. 232).

Observavimus plantam insignem in montibus lapidosis Stirling Range. Quorum montium summos colles occidentales una cum *Lambertia ericifolia* habitat. Est frutex humilis ramis divaricatis foliis percrassis glaucis insignis (D. 2991). Prope promonturium C. Riche viget forma foliis acuminatis floribus minoribus notabilis (leg. A. MOIR in hb. Berol.!).

Eucalyptus grossa F. v. M. (B. III. 232).

Frutex 1—3 m alt., ramis late divaricatis, foliis laete viridibus, floribus ochroleucis praeditus orientem versus montes Frasers Range appropinquare videtur.

In distr. Coolgardie meridionali a Graspatch septentrionem versus in fruticetis lutoso-arenosis fl. m. Nov. (D. 5285).

Eucalyptus cornuta Lab. (B. III. 234).

Areae geographicae circumscriptio a cl. F. v. MÜLLER data nobis dubitanda videtur: F. v. MUELLER *E. Lehmanni* et *E. annulatam* includere videtur, quamquam in diagnosi speciei easdem neglexit; eandem opinionem cl. MAIDEN (in litteris) nuper protulit. Nos ipsi cum *E. Lehmanni* tum *E. annulatae* formas distributione ipsa bene definitas esse existimamus. Species typica nobis non visa nisi a lacu Muir versus fretum King George Sound. Formae aberrantes reductae humiles foliis latioribus distinctae in collibus graniticis pr. King George Sound abundant.

Eucalyptus annulata Benth. (B. III. 234).

Quae *Eucalyptus* orientem versus longe extendit. Observavimus arbores 2—10 m altas cortice cinereo laevi, foliis nitentibus, floribus ochroleucis ornatas in distr. Eyre pr. Philipps River in eucalyptetis lutoso-arenosis (D. 4869). Ejusdem speciei forma typica observatur in distr. Coolgardie a Graspatch septentrionem versus in silvulis apertis lutosis (D. 5284).

Eucalyptus occidentalis Endl. (B. III. 235).

Species habitu characteribusque valde polymorpha. Statu fruticoso saepissime floribunda, observatur pedunculo subtereti vel late applanato pedicellis interdum abbreviatis aliisque rebus mutata.

Observavimus arborem 8 m alt. cortice cinereo, foliis glaucis angustioribus glandulis (siccando) nigro-punctatis, pedunculis vix dilatatis

subpatentibus in distr. Avon pr. Wyola in fruticetis apertis lutosis flor. m. Oct. (D. 5023).

Eucalyptus occidentalis Endl. var. **eremophila** Diels n. var.

Arborescens (ad 5 m alt.) foliis lineari-lanceolatis coriaceis nitentibus non glaucescentibus; pedunculis applanatis, pedicellis saepe elongatis. Cetera typi. Forma regionibus interioribus indigena.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Boorabbin in glareosis fl. m. Nov. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 917), pr. munic. Coolgardie in fruticetis apertis arenoso-lutosis flor. m. Oct. (D. 5237), in fruticetis apertis lutoso-lapidosis fl. m. Nov. pr. Gilmores (D. 5264).

Series *Cornutarum* Benth. staminibus alabastri erectis signata in Australia occidentali formis aberrantibus nonnunquam in series ceteras nonnullas transiit. Observavimus e. gr. pr. Philipps River specimen fruticosum *E. occidentalis* formis angustifoliis simillimum, sed staminibus interioribus inflexis *E. reduncam* affinesque appropinquantem (D. 4885).

Eucalyptus pachyloma Benth. (B. III. 237).

Quam identicam esse cum *E. santalifolia* F. v. M. F. v. Müller existimat Eucalyptogr. occ. VIII. (1881). Qualem opinionem autem adhuc haud confirmatam esse constat. Areae a cl. F. v. Müller datae valde separatae: Australiae australis locis a districtu occidentali plus quam milia distantibus. Planta mihi non visa.

Eucalyptus Oldfieldii F. v. M. (B. III. 237).

A litorali septentrionali (districtus Irwin) in interiora longius progreditur. Vidimus in distr. Coolgardie pr. Karalee una cum *Acaciis Hakeis* que in solo arenoso (D. 5576).

Eucalyptus leptopoda Benth. (B. III. 238).

Arbuscula circ. 3 m alta *E. leptopodam* Bth. fructu accedens, sed foliis majoribus crassioribus glaucis, pedunculis brevioribus, fructibus majoribus notata hab. in dist. Austin meridionali pr. Menzies in fruticetis mixtis arenosis fruct. m. Oct. (D. 5179). Quae forma a cl. Maiden (in litteris) *E. leptopodae* attributa sed probabiliter omnino nova ulterius observanda est.

Eucalyptus rostrata Schlecht. (B. III. 240).

F. v. Müller cum *Eucalypti rostratae* locus in Australiae occidentalis regionibus a fl. Murchison meridiem spectantibus ab *Eucalypto rudi* Endl. obtineri commemorat (Eucalyptographia Dec. X. [1884]), tum formas intermedias in eadem regione inveniri adnotavit. Re vera *Eucalyptum rostratam* typicam (microcarpam) a formis tropicis indistinctis inter Northampton et fl. Murchison in alluviis lutosis colligas. *Eucalyptus rudis* Endl. typica (macrocarpa) non nisi in regionibus maxime austro-occidentalibus (id est in reg. fl. Blackwood Riv. et Vasse Riv.) observatur.

Fere omnes (minime »exceptional«, ut F. v. Müller putavit) formae regionum intermediarum structura fructus *rostratae* typicae proximae sed

ejus amplitudine ad *E. rudem* accedunt. — Habeo e distr. fl. Swan, Avon, Irwin, Greenough; »Flooded Gum.«

Eucalyptus corrugata Luehmann in herb. Melbourn.

E. gonianthae Turcz. valde affinis videtur.

Hab. in distr. Coolgardie pr. Southern Cross (Sayer).

Eucalyptus Todtiana F. v. M. in Wings South. Scienc. Rec. II. 171.

Conditionibus externis mutari videtur. Collegimus speciem in statu arboreo pr. flum. Swan River pr. Perth nec non inter flumina Swan et Moore prope Cullala (D. 2423, E. Pritzel Plant. Austr. occ. 261, 262). Quae specimina pertinent arbori ca. 10 m alt., cortice aspero, ramis pendulis, ramulis floriferis lignosis, fructibus amplis iconi Muelleriano identicis, sed pedunculis quam illi iconis brevioribus speciminibus a cl. Forrest (in hb. Melbourn.) pr. flumen Moore collectis simillimis. Quae forma pluribus notis cum *E. patens* conjungi videtur.

In plagis arenosis borealibus *E. Todtianam* plantam multo humiliorem ramis admodum pendulis ramulis floriferis flexibilibus vix lignescentibus ornatam videtur. Observavimus quidem inter Moore R. et Dandaragan in arenosis arborem 4 m altam omnino cum cl. Muelleri icone (de plantis prope Greenough River natis picta) congruentem (D. 5771).

Eucalyptus oleosa F. v. M. (B. III. 248).

Quam speciem in Australia occidentali distributam esse cl. F. v. Müller primus exposuit. Habeo plantam e regionibus interioribus a munic. York orientem versus in tractibus lutosis vel arenoso-lutosis. Pritzel eam invenit pr. Boorabbin in arenosis (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 916).

E. longicornem F. v. M. statum arboreum *E. oleosae* esse persuasum habemus: arborem 25 m alt. cortice cinereo, foliis glaucescentibus instructam vidimus praesertim in ditione Coolgardiensi in lutosis lapidosis (D. 5470, 1703).

E. cneorifoliam, *E. oleosae* alienam putamus. Perinde *E. salmonophloiam* et affines *E. gracili* magis relatas quam *E. oleosae* existimamus.

Eucalyptus decurva F. v. M. (B. III. 249).

In statu typico a priori facile distinguitur, sed formis intermediis variis eacum connectam esse videtur.

Vidimus frutices 1—3 m alt. non nisi per distr. Stirling in arenosis sparsos floribus ochroleucis hinc inde purpureo-suffusis onustos m. Jul.; pr. Warriup formam ad *E. oleosam* F. v. M. vergentem (D. 3420), ad latera collis Suckeys Peak formam typicam (D. 2989).

Eucalyptus doratoxylon F. v. M. (B. III. 249).

In dist. Eyre a sinu Esperance Bay septentrionem versus praecipue alluvia argillaceo-arenosa subnitrosa occupat (D. 5335).

Eucalyptus loxophleba Benth. (B. III. 252).

Est species latius distributa habituque variabili insignis. Area amplior mihi videtur quam illa a cl. F. v. Müller in Eucalyptogr. dec. X. delineata.

Forma typica in ditionibus riv. Avon Riv. adjacentibus reperitur, ubi in lutosis una cum *Acacia acuminata* silva aperta efficit. Septentrionem versus usque at flum. Murchison Riv. formae arborescentes in depressis lutosis subhumidis vigent (D. 3037). Orientem versus areae fines adhuc dubii: habemus autem formam typo similem fructu majore diversam pr. vic. Dundas collectam (D.).

Eucalyptus foecunda Schau. (B. III. 252).

Forma typica foliorum venatione (cf. Bentham l. c.) ab *E. loxophleba* discriminata nobis nunquam in interioribus obvia. Specimina typica autoris pr. Swan River collecta fructifera sunt, ita ut flores illi ignoti fuerint. Quae cum ita sint, species dubia adhuc remanet atque eam loco classico, ubi ipsi non vidimus, reperiri atque plenius describi necesse est. Fructus illis *E. uncinatae* Turcz. similes sunt.

Eucalyptus redunca Schau. (B. III. 253).

Habitu polymorpha. Forma typica Preissii est frutex vix 1 m alt. floribus ochroleucis ornatus, quem loco classico (i. e. in collibus quem vocant M. Melville [Konkoberup] pr. prom. Cape Riche) ipsi vidimus fl. m. Jul. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 470, D. 3486). Formae arboreae valde insignis (»Wandoo«) distributionem exposuit F. v. Müller in Eucalyptographiae dec. X (1884).

Eucalyptus erythrocorys F. v. M. (B. III. 258).

Descriptioni addendum: foliis primariis quam adulta latioribus margine levissime repandis utrinque cum ramulis stellato-scabris.

Species saepe fruticosa sed interdum arborea 10 m alta tractibus calcareis litoralibus distr. Irwin borealis restricta videtur. Icon in cl. F. v. Muelleri Eucalyptograph. dec. I. (1879) haud sufficit.

Eucalyptus tetragona (R. Br.) F. v. M. (B. III. 259).

Vidimus formam foliis angustioribus lanceolato-ellipticis instructam minus pruinosam collectam in distr. Eyre orientali pr. Israelite Bay (leg. Brooks) in herb. Melbournensi. Quod specimen analogum videtur formae a. cl. F. v. Müllero in Eucalyptographia dec. VI quasi transeunti in *E. eudesmioidem* commemoratae (pr. Esperance Bay indigenae), tamen *E. tetragonae* multo affiniorem esse quam *E. eudesmioidi*.

Haloragaceae.

Loudonia Lindl. (B. II. 471).

System: Die Verwandtschaft dieser Gattung zu *Haloragis* ist seit Erscheinen der Flora Australiens noch offenbarer geworden, indem in der Eremaea *Haloragis*-Arten mit sehr ähnlicher Frucht-Gestaltung festgestellt wurden. Der Fortschritt in der Ausbildung des Ovariums ist bei *Loudonia* noch durch manche Andeutung mit dem *Haloragis*-Typus verbunden. Die corollinische Ausbildung der Blütenteile und die Förderung der Inflorescenz,

sowie die abweichende ökologische Ausgestaltung gibt der Gattung eine recht abweichende Tracht, aber ähnliche Tendenzen äußern sich mehrfach bei den Eremaea-Formen panaustralischer Gattungen (z. B. *Stackhousia*).

Verbreitung und Vorkommen: *Loudonia* ist ein Charakter-Typus der Eremaea in ihrem südlichen Abschnitt, geht aber mit *L. aurea* westwärts darüber hinaus und hat sich in Westaustralien stellenweise auch in den feuchteren Gebieten festgesetzt. *Loudonia aurea* tritt allgemein auf als bezeichnende Pflanze trockener und lichter Sand-Formationen, in ihrer vegetativen Erscheinung sehr abhängig von den äußeren Bedingungen. *L. Roei* dagegen erweist sich bis jetzt auf festere Böden der westlichsten Eremaea beschränkt.

Loudonia Roei (Endl.) Schlecht. (B. II. 472).

Loudoniae Roei qualitates a *L. aurea* Lindl. admodum polymorpha recedentes parum cognitae sunt. Descriptio fructus a cl. Endlicher (Ann. Wien. Mus. II. 210) atque Bentham l. c. delineata statum abnormem (an pathologicum) ejus refert; re vera fructus normales, quorum paucos (maturos?) D. 2856 cum statu illo abnormi in una eademque planta observavimus, illis *L. aureae* similes, sed minores atque pallidi haud citrini videntur. Specimina quae *L. Roei* verae attribuimus quam *L. aurea* sunt elatiora (1—1,5 m alt.), caules robusti glauci subcarnosi foliis perpaucis crassis praediti; inflorescentiae saepe quam illae *L. aureae* ampliores paniculas multifloras gerentes; bracteae angustiores; flores graciliores pallide viridescenti-sulphurei petalis vix minoribus utrinque aequaliter attenuatis haud antrorsum latioribus quam in parte basali instructi. Quae specimina collecta sunt in distr. Avon pr. Tammin in apertis sublutosis subhumidis fr. m. Majo, flor. m. Oct. (E. Pritzel Pl. Austr. occ. 836, D. 2856, 2856[a]).

Planta ulterius praecipue fructifera est observanda.

Haloragis Forst. (B. II. 473).

Verbreitung: Die wenigen Haupt-Typen von *Haloragis* zeichnen sich durch ihre Verbreitung über einen großen Teil Australiens aus. Verschieden aber ist ihre weitere Gliederung in den einzelnen Gebieten.

Die *Oppositifoliae*, die durch *H. micrantha* über Australien hinaus nach Neuseeland und Ostasien bis Japan verbreitet sind, haben in die australische Eremaea offenbar keinen Repräsentanten vorgeschoben und beschränken sich auch in Westaustralien vorwiegend auf die Südküste, wo zahlreiche ganz nahestehende Formen vorkommen. Nur wenige dieser Arten, die ihren Lebens-Zyklus in kurzer Zeit zu absolvieren befähigt und einjährig geworden sind, haben ihr Areal erweitern können. Wie so oft die Elemente der »Regenfloren« trockener Gebiete, gehen sie beträchtlich über die Wohnbezirke ihrer Verwandtschaft hinaus; so z. B. *H. nodulosa*,

die den Murchison River erreichen dürfte und auch östlich sich weit von der Küste entfernt.

Die *Alternifoliae* besitzen eine viel weiter greifende Ausdehnung. Sie finden sich nicht nur in den Alluvien Südost-Australiens und in den feuchten Südwest-Bezirken, sondern scheinen die ganze Eremaea okkupiert zu haben. Sie zerfallen nach der Trimerie oder Tetramerie der Blüte in zwei Gruppen. Davon scheinen die tetrameren Arten am zahlreichsten: sowohl in der Eremaea wie im Südwesten haben sie teilweise xerophile Gewohnheiten angenommen (*H. confertifolia*, *H. cordigera*). Aber daß auch die trimere Gruppe in der Eremaea durchaus nicht fehlt, hat die Auffindung der *H. Gossei* an so vielen Orten des Inneren (vgl. F. v. Müller et Tate im Transact. R. Soc. S. Austr. XVI 352) ergeben.

Vorkommen: In physiognomischer Hinsicht kommt keiner *Haloragis* größere Bedeutung zu. Auffällig aber ist die vielseitige Beteiligung der Gattung an der Vegetations-Bildung. In allen Beständen sind ihre unscheinbaren Arten anzutreffen. Für die lehmige Eremaea scheinen *H. Gossei* und *H. trigonocarpa* bezeichnend; ihre zahlreichen Äste breiten sie radiär und allseitig dem Boden dicht angedrückt aus, in ähnlicher Weise, wie es bei vielen kleinen Chenopodiaceen der selben Lokalitäten üblich ist. Dem gleichen Typus folgt auch *H. confertifolia*, die wir in den Sand-Gegenden der Eremaea häufiger beobachten konnten.

In der Südwest-Region sind die Waldgebiete der feuchteren Gegenden offenbar reich an *Haloragis*. Mehrere Spezies bewohnen die Alluvien, wo das Wasser nahe (z. B. *H. Meionectes*). Im Schatten des Unterholzes ist *H. rotundifolia* im Karri-Gebiete und seinen Grenzbezirken sehr gewöhnlich, wird aber in den trockeneren Wäldern und in den lichten Busch-Beständen des Nordens durch xerophilere Spezies mit widerstandsfähigerem Laube ersetzt. Die zarten annuellen Formen der *H. nodulosa* usw. sind, wie oben schon angedeutet, gewöhnliche Elemente der vergänglichen Flora, die von der Regenzeit an schattigen Stellen hervorgezaubert wird und in deren Zusammensetzung die einjährigen Formen einen beträchtlichen Prozentsatz ausmachen.

Haloragidis species nonnullae, quomodo distributae sint, ulterius sunt observandae; *H. scoparia* Fenzl, *H. aculeolata* Bth., *H. foliosa* Bth., *H. platycarpa* Bth., *H. rudis* Bth., *H. paniculata* R. Br., *H. trichostachya* Bth., *H. intricata* Bth., *H. teucrioides* A. Gr. a nullo recentiore collectas esse putamus.

Haloragis trigonocarpa F. v. M. in Fragm. X. 84.

Quam speciem (ut *H. Gossei* F. v. M.) per Eremaeam latius esse diffusam nunc apparet. Meridiem versus non solum in distr. Austin occurrit — Gascoyne River leg. Forrest ex v. Müller, Lake Austin leg. King in hb. Berl.! — sed etiam in distr. Coolgardie progreditur, ubi

pr. Bullabulling legimus in eucalyptetis lutosis lapidosis flor. m. Oct. (D. 5205).

Haloragis cordigera Fenzl. (B. II. 476).

Per distr. Darling borealem et Avon septentrionalem in glareosis distributa videtur. Floret m. Dec. (D. 2008, 5749; E. PRITZEL Pl. Austr. occid. 145).

Haloragis tenuifolia Benth. (B. II. 477).

Planta subcarnosa, laete viridis. Vidimus in distr. Darling pr. Byfields Mill (Darling Range) in inundatis exsiccatis arenoso-lutosis flor. m. Dec. (D. 1811).

Haloragis confertifolia F. v. M. in Fragm. X. 53.

In Eremaea occidentali in arenosis aridis profusa videtur. Planta ramis numerosissimis apice adscendentibus caespites densos solo adpressos gignit. Habemus e distr. Austin pr. Menzies (D. 5154), nec non e distr. Coolgardie pr. Coolgardie flor. m. Oct. (D. 5229).

Haloragis diffusa Diels n. sp.

Glabra; caulibus numerosis diffusis; foliis caulinis oppositis brevissime petiolatis vel subsessilibus crassiusculis late-ovatis basi subcordatis margine crenato-serratis cartilagineo-incrassatis; racemis gracilibus parvis paniculam pauciramosam efficientibus; bracteis ovatis inferis foliaceis superis decrescentibus supremis florem vix superantibus; floribus brevissime pedicellatis solitariis distantibus; calycis tubo anguste-campanulato 8-nervio glabro; lobis 4 supra basin affixis alte-cordatis; petalis 4 cymbiformibus extus dorso strigulosis apice inflexis viridibus vel rubescentibus; staminibus 8; stylis 4.

Caules circ. 20—25 cm long.; folia caulina 6—8 × 5—6 mm; calycis tubus circ. 1 mm long., lobi 3/4 mm long.; petala circ. 1,5 mm long.

Hab. ad fretum King George Sound pr. Albany in arenosis humosis madidis flor. m. Nov. (D. 5564).

Species nova ab *H. micrantha* R. Br., cui foliorum forma haud absimilis, et floribus majoribus et calycis lobis conspicue cordatis differt. Ceterum *H. rotundifoliam* Benth. quoque accedit, a qua omnium partium glabritie facile discriminari potest. Ab utraque habitu diffuso et paniculis brevioribus recedit.

Haloragis rotundifolia Benth. (B. II. 480).

Est species in distr. Warren a Hay R. usque ad Collie Riv. in silvis subumbrosis haud infrequens; habitu aliquantum *Circaeas* boreales in memoriam revocat.

Haloragis nodulosa (Nees) Walp. (B. II. 481).

Septentrionem versus distr. Irwin attingit (ut jam F. v. MÜLLER observaverat), ubi pr. Champion Bay latera umbrosa lutoso-arenosa vallis Chapman cum plantis teneris plerumque annuis occupat flor. m. Sept. (D. 4129).

Myriophyllum L. (B. II. 486).

